DE NOMINIBUS GENTIUM PARAGOGIS GRAECIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM

ORDINIS LIPSIENSIS

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

OTTO SCHÜSSLERUS.

MARIAEINSULAE
TYPIS HARICHI
MDCCCLXVIII.

TH. BREITERO

FR. RITSCHELIO

VIRIS

SUMME

VENERANDIS.

PIO GRATOQUE ANIMO

AUCTOR.



Separatim de nominibus gentiliciis, sicut, ut alios omittam, Orus, non scripsit Herodianus. Tamen cum is in etymologia, prosodia, flexione et nominum et verborum multa per saecula fuerit princeps atque auctor perfectissimus, tum idem de ethnicis gravissimas instituit quaestiones, quas grammaticos posterioris aetatis Stephanum Byzantium, Choeroboscum, Theognostum, etymologici magni, anecdotorum scriptores in suum usum convertere et corporibus ex varia doctrina confectis inserere non dubitasse sonstat. cf. Lentzi Herodian. techn. reliq. I., praef. p. CLX. sqq. Haec de paragoge ethnicorum praecepta disjecta et in diversas partes effusa atque detorta ex fontibus illis veteribus, inter quos maxime excellit Stephanus Byzantius, coniungere atque in unum restituere corpus quoddam conati sumus. Neque ea nomina gentilicia neglexinus, quae vel apud rerum scriptores et philosophos vel minus frequentia apud poetas vel in inscriptionibus nunc scripta inveniuntur. De quibus Buttmann (gr. Gr. II., p. 428 sqq.) et Matthiae (gr. Gr. § 103, III. sqq.) cum vera docent tum nonnulla falsa, velut hic, formam *ους* plerumque in *ασιος* terminationem verti, deinde formam *ιος* eorum esse solere gentiliciorum, quorum primitiva ante terminationem genetivi longam habeant syllabam, aliaque. Inter lexica recentiora in colligendis nominibus, ne quod nos fugeret, adiumento nobis fuerunt Henrici Stephani thesaurus linguae Graecae et Papianum lexicon a. G. E. Benselero summa industria tertium curatum.

Quadrifariam Herodianus statuit duci nomina gentilicia: ab urbe, a gente, a terra, a rege, Et. M. p. 180, 22; et hic et in epimerismis Homericis apud Cramerum, A. O. I., p. 10, 26, *ἐκ βασιλείας* falso editum est pro *ἀπὸ βασιλέως*, quod est in schol. ad Dionysi Thracis grammaticam apud Bekkerum, an. Gr. p. 870, sive *ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος*, ut aït Orus, Et. M. p. 238, 52 sqq. Quae divisio ut non potest ab omni parte probari, quia a fluviis perinde, a maribus, a saxis, a montibus, a pagis ducta habemus incolarum nomina, ita praecipua tamen genera recte indicata sunt. In derivandis autem ethnicis triplicem modum distinxit auctor noster ita ut respiciat

primum *ποδαπός; ἡμεδαπός, ἀλλοδαπός, Ἕλλην ἢ βάρβαρος, Ἀθηναῖος ἢ Θηβαῖος ἢ Ῥωμαῖος*, Theodos. gramm. ed Göttl. p. 22, 5.

deinde *πόσας παραλήξεις;* e. g. nomina in *της* in paenultima vocales *α*, *ε* (*ες*), *ω*, *η*, *ι*, *ει* (haec *σεσημειωμένα*) habent, Epim. ap. Cram. A. O. II., p. 345, 30 sqq.; adiectiva in *ος* literis *ι* aut *ει* aut *αι* paralecta sunt, ibid. I., p. 178, 15.

denique quibus prototyporum terminationibus exitus gentiliciorum respondeant. Hanc accuratissime pertractavit partem.

Cap. I.

De singularum regionum characteribus agitur.

Ut *κοινολεκτούμενα* Et. M. p. 183, 12 dictae sunt voces omnium dialectorum communes, ita *κοινὸς τύπος* sive *κοινὸς χαρακτήρ* sive *συνήθης τύπος* sive *ὁ καθ᾽ Ἕλληνας (καθ᾽ ἡμᾶς, παρ᾽ ἡμῖν) τύπος* qui vocatur consuetudo fuit non in aliis aliter terris usitata, sed in omnibus regionibus apud Graecos antiquitatis in senium vergentis universos rata et certa. Secundum communem illam di-

cendi rationem has maximi esse ponderis a Stephano Byzantio discimus terminationes cum his prototypis apte convenientibus:

ιος — η, v. *Μαράχη, πόλις Ἰνδική· τ. ε. Μαράχιος τῷ κοινῷ τύπῳ.*

ος nom., compluribus locis.

ος gen., v. *Τελχίς, πόλις Αἰθιοπίας· τ. ε. τῷ μὲν ἔθει τῆς χώρας Τελχίτης, τῷ δὲ κοινῷ χαρακτῆρι Τελχίνιος.*

αιος — η, v. *Ἀγάθη· τ. ε. Ἀγαθῖνος· εἰ δὲ μὴ ὡς ἐθνικὸν τὸ Ἀγαθῖνος ἐκλήθη, τὸν οἰκήτορα λέξομεν Ἀγαθαῖον τῷ κοινῷ λόγῳ ἢ Ἀγαθεύς, ὡς Θεσσαλονικεὺς καὶ Σινιαρεὺς καὶ Βερενικεύς.*

αι, v. *Ἐπιπολαί, χωρίον ἀπόκρημνον προσεχὲς Συρακούσαις· τ. ε. Ἐπιπολαῖος τῷ κοινῷ τύπῳ.*

ευς — η, v. *Ὑώπη, πόλιςΜατιηνῶν· τ. ε. Ὑωπηνός τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ· εἰ δὲ καθ' ἡμᾶς, Ὑωπεύς ὡς Σινωπεύς.*

εια, v. *Μακύνεια, πόλις Αἰτωλίας· τ. ε. Μακυνεύς τῷ κοινῷ τύπῳ.*

α neutr., v. *Ἀγβάτανα — καὶ Ἑλλάδιος ἐν τῷ ᾱ στοιχείῳ παρέθετο τ. ε. Ἀγβατανηνός· τοῖς Πέρσαις γὰρ συνήθης ὁ τύπος —, καθ' Ἕλληνας δὲ Ἀγβατανεύς.* v. *Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης. τ. ε. Αὐτομαλακίτης διὰ τὴν χώραν, τῷ δὲ καθ' ἡμᾶς τύπῳ Αὐτομαλακεύς.*

v. *Τάξιλα, πόλις Ἰνδική· τ. ε. Ταξιλίτης τῷ τῆς χώρας τύπῳ καὶ Ταξιληνός, τῷ δὲ παρ' ἡμῖν Ταξιλεύς.*

ιτης — ος nom., v. *Κάσπειρος, πόλις Πάρθων· τ. ε. Κάσπειροι· ἔδει οὖν ὡς Στάγειρος Σταγειρίτης, οὕτως Κάσπειρος Κασπειρίτης.*

ις, v. *Βῆγις, πόλις Τράλλεων· τ. ε. Βηγίτης τῷ κοινῷ χαρακτῆρι.*

v. *Φινέκιαβις, κώμη Αἰγυπτία· τ. ε. Φινεκιαβίτης τῷ λόγῳ τῶν εἰς ις καὶ τῷ τύπῳ τῆς χώρας.*

ος gen., v. Ἀὐενιών, πόλις Μασσαλίας · τ. ε. Ἀὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Ἀὐενιωνίτης τῷ Ἑλληνι τύπῳ.

v. Καβελλιών, πόλις Μασσαλίας · τ. ε. κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον Καβελλιωνήσιος ὡς Ταρρακωνήσιος, κατὰ δὲ τὸν Ἑλληνικὸν Καβελλιωνίτης ὡς Ταρρακωνίτης.

v. Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας · τ. ε. Νεσσωνίτης τῷ κοινῷ τύπῳ.

Iam haec observatio vitium v. Ἀσκάλων coarguit, ubi nunc scriptum est, exitum αιος a tertia declinatione κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν duci: παρὰ δ' Εὐδόξῳ διὰ τῆς αι ἐν τῷ ά „καὶ ἡ μὲν πόλις, οὗ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι". καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν. Ἀσκαλωναῖα κεράμια. Qui locus hoc fortasse modo emendandus est: παρὰ δ'Εὐδόξῳ διὰ τῆς αι ἐν τῷ ά „Ἀσκαλῶναι ἡ μὲν πόλις, οὗ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι" καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν Ἀσκαλωναῖα κεράμια. Affert igitur scriptor testimonium Eudoxi, quippe qui urbis vocabulum producat addita syllaba αι, qualis nominum urbium productionis plura habemus exempla similia: Σάλων Strab. 7, p. 315 et Σαλῶναι St. B. v. Σάλωνα. — Γυρτών, ἣν Ὅμηρος Γυρτώνην καλεῖ, ὡς Ἰτώνην καὶ Ἰτῶνα St. B. — Δωδών et Δωδώνη. — Κρήστων et Lycophr. 937 Κρηστώνη. Ita Eudoxi testimonio minime corrupto lacunosove et ratio cum Alexandrinorum usu congruit neque, id quod Meinekius vult, particula καί delenda aut altero loco addenda est. Quod quidem gravissimo mihi est documento, principalis vox Ἀσκαλῶναι ἡ μὲν πόλις insequenti lemmate se insinuante atque irrepente aetate posteriore in Ἀσκανία πόλις Τρωική transisse videtur, quali exemplo usus est Eustathius ad Jl. p. 365: Ἀσκανία κατὰ τὸν ἐθνικογράφον πόλις Τρωική, οὗ πρῶτόν φασι κρόμμυα γενέσθαι, postremo intellecta articuli insequentis convenientia in καὶ ἡ μὲν πόλις temere esse immutata.

Intra tam artos autem et perangustos illorum canonum limites coerceri vivam volubilemque sermonis natu-

ram non potuisse elucet. Accedunt dialectorum, gentium, populorum, nationum suae cuiusque proprietates et naturae, quae fuerunt servandae. Namque id ipsum aegerrume ferunt grammatici Graeci, quod *οἱ βάρβαροι Ἑλληνικὴν ἀναλογίαν οὐ φυλάττουσιν.* Iudaei montem quendam appellant *Γαριζίν.* Quam secutus est Iosephus archaeol. 4, 44, analogiam, ut *Γαριζαῖον (ὄρος)* ibid. fingeret? Quid est, quod Scytharum gentes quaedam, quas Graeci ceterum ne noverant quidem, nisi quod edaces gulosasque esse acceperant, ab hac sua indole nactae sint significationem? *Ἀνδροφάγοι* Hdt. 4, 18; *Γαλακτοφάγοι* Strab. 12, 553 al., *Ἀνθρωποφάγοι, Ἱπποφάγοι* et. Ita aut vitia virtutesve et mores adumbrabantur in barbaris nominibus reddendis aut simpliciter transponebantur vel, id quod frequentissime factum esse animadvertimus, specie alienae originis relicta vernaculae tantummodo terminationi inserebantur. Atenim advecticiam etiam terminationem Persicae praebent gentes *Ἀριάσπαι, Ζαριάσπαι, Ὑσπάσπαι,* Macedonicae et Thraeciae in *σιαι*, ut *Διάσιαι* Pausan. 9, 30, 8 (ap. Schubartum falso *Διασταί)* apud St. B. *v. Δῖον,* qui addit: *Μακεδόνων γὰρ ὁ τύπος, Ὀρέσιαι, Λυγκησιαί.* Hanc eodem accentu vocem *Λυγκησιαί* St. B. *v. Λύγκος* habet, quanquam *v. Παάσιαι* Herodiani praeceptum tradit: *βαρύνεται δὲ ὁμοίως τῷ Ὀρέσιαι· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Διέσιαι. Μακεδονικὰ δέ εἰσιν ἔθνη. καὶ οἱ Παάσιαι.* Itaque et accentu et notione plane abhorrent ab appellativis illis: *Αἰωλισταί-οἱ αἰωλίζοντες καὶ τὰ Αἰωλῶν φρονοῦντες* St. B.; *Ἀντιοχισταί* Pol. 21, 4; *Ἐορδισταί ἀπὸ τοῦ ἐορδίζω, ὡς Λυδός λυδίζω Λυδισταί* St. B. Alia nomina Macedonicum typum acceperunt haec: *Ἀδρῆσιαι* D. Sic. 17, 91; *Ἐθνέσιαι* Rhian. ap. St. B.; *Κορδίσιαι* Ath. 6, 234, a; *Κυρρέσιαι* Polyb. (5, 50. 5, 57, ubi nunc *Κυρρησιῶν, Κυρρησιαῖς* — cf. Strab. 16, 751 — scriptum est) ap. St. B.; *Ὀρέσιαι* Strab. 7, p. 326. 9. p. 434. Hecat. ap. St. B.; *Παρμῆσιαι* Strab. 5, p. 217; *Πενέσιαι* St. B.: *τόνος βαρύς, ὡς Ὀρέσιης Θυέστης: Προνάσιαι* St. B.; *Πειροῦσιαι* Strab. 7, p. 314; *Σκορδίσιαι* Strab. 7, p. 296 (*Σκορ-*

δίσκαι codd. edd.); *Ταυρίσται* Strab. 7, p. 293. Iam autem longius abberravit oratio a terminationibus vere Graecis. Quarum una omnium frequentissima animo occurrit

ιος ex quinque milibus circiter, quae invenimus ethnica, paene miliens ducentiens adhibita et hac fere numeri ratione cum ceteris potest comparari:

ιος : *ευς* : *αιος* : *ιτης* =
1 : $^4/_5$: $^3/_5$: $^3/_5$

Terminatio *ιος* propria Macedoniae et Thraeciae esse a St. B. *v.* ***Βορμίσκος*** dicitur — id quidem nobis ita probatur, ut non frequentius illic usurpetur, quam *αιος* — eademque praevalet in Germania ac Gallia, ubi numerus solito maior expletur domestico, qui a St. B. *vv.* *Ἀκυληία*, *Αὐενιών*, ***Βίεννος***, ***Ῥάβεννα*** vocatur, typo *ησιος*. In Epiro et Illyria multitudine praecedit exitum *αιος*, quem in his regionibus solere esse vulgatum St. B. *v.* *Ἄρρα* ait. Denique a Bolisso in Chio insula sita deduci ***Βολίσσιος*** *διὰ τὸ σύνηθες*. Eaque in insulis Ioniis terminatio inter septuaginta quinque nomina gentilicia quadragiens semel a nobis notata est, et quum *αιος* in interiore Graecia, in Italia et Sicilia, ubi ex centum sexaginta ethnicis quinquagiens quater usitata tertiam ipsam omnium Siculorum efficit partem, quin etiam frequentior est quam *ινος* (cf. St. B. *vv.* *Ἀγάθυρνα* et *Νόαι*), maximopere floruerit et Doricae imprimis fuerit dialecti: *ιος* et *ευς* terminationes Ionicis Atticisque linguis tribuendae sunt. Exitum *ευς* enim inter centum octoginta sex gentilia Atticae urbes nonagiens septiens praebent, Caria inter centum duodequadraginta septuagiens bis. Suo igitur iure Stephanus Byzantius typum *ευς* concedit et huic terrae *vv.* *Ἄβαι*, *Ἄδροττα*, *Δηλία*, *Εὐθηναί*, ***Μέδμασα***, ***Μέσσαβα***, *Ναξία*, *Ξύλος*, *Πάσσα*, *Πλάμος*, *Πλατηίς*, *Σαλμακίς*, *Τνυσσός*, et ubi quinquagiens de nonaginta quinque nunc numeratur, Lyciae *vv.* *Ἀγάθη*, *Ἀκαρασσός*, ***Βουβών***, *Δολίχη*, *Σιδάκη*, *Στρογγύλη*, *Τέμηνα*, *Φρίξος*. In hac voce pro *τῆς ἐκεῖ* restituendum est *γῆς καὶ*, ut legendum videatur: *τ. ε. Φρίξιος, εἰ μή τις τῷ ἔθει τῆς Λυκιακῆς γῆς*

καὶ Φριξεύς εἴποι τὸ ἐθνικόν (Meinekius: *εἰ μή τις τῆς Λυκιακῆς τῷ ἔθει τῶν ἐκεῖ* vel *τῷ ἐκείνων Φριξεύς?*). — Aequaliter cadunt nomina gentilicia apud vicinos illis populos Cilices, Phryges, Pisidas, Isauros, cf. St. B. vv. *Ἄνανα, Διοβούλιον, Συασσός, Χρύσιππα.* Neque in Graecia Arcades, Argivi, Acarnanes ab hoc typo abhorrent. St. B. vv. *Ἄμφεια, Κυνέτεια, Μέταπα πόλις Ἀκαρνανίας. τ. ε. Μεταπαῖος ἢ Ματαπαεύς διὰ τὰ ἐπιχώρια.* Sic enim libri corrigendi sunt: *Μεταπα* τ R., *Μετάπατος* A. V., *Μεταπεύς* Salmasius, *Μετάπιος* Holstenius, fort. *Μεταπάτης* Meinekius. Sed tantum abest, ut *ατης* proprius, qui hoc loco dicitur, Acarnanum et Aetolorum sit typus, ut semel *Κράνεια. χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. τ. ε. Κρανειάτης* a. St. B. auctore Sophocle commemoretur. Nostrum *Μεταπαεύς* a gentilicio *Μεταπαῖος* similiter ducitur atque ab *Ἀγραία Ἀγραεῖς* Eratosth. ap. St. B. et ipsum *ἔθνος πλησίον Ἀκαρνάνων.*

Fulcimine porro eget scriptura vulgata apud St. B. v. *Στρογγύλη· ἔστι καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Λύκτῳ. τ. ε. τῷ τῆς χώρας ἔθει Στρογγυλεύς*, ubi *πρὸς τῇ Λυκίᾳ* Meinekius scribere vult nulla alia causa nisi quod „de sexaginta Creticarum urbium nominibus vix decem illam terminationem referant". Imo vero proximum post *ιος* formam in Creta locum typus in *ευς* obtinet. En viginti fere nomina: *Ἀμφιμαλιεύς, (Ἄπταρα) Ἀπταρεύς* Hesych., *Δαιδαλεύς, Ἐλευθερνεύς, Θενεύς, (Ἴστρος) Ἰστριεύς, Κοριεύς, Κρητεύς* sive *Κρηταιεύς* St. B. sive *Κρηταέες* Call. h. in Artem 205, *Λαμπεύς* Claud. ap. St. B., *Πανιομαιριεύς, (Πραισός) Πραισιεύς, (Πριανσός) Πριανσιεῖς, Πυθιεύς, Ῥυτιεύς* sive *Ῥυτιασσεύς, Συϊεύς, Ὑδραμιεῖς, Φαλανναιεύς, Φυχιεύς* omnia ap. St. B. Chalcetorium quidem cum incola, qui *Χαλκητορεύς* a St. B. appellatur, Creticis ex urbibus expunxit Boeckhius.

Per has, quas perlustravimus, terras quum prolixe largeque fluat *ευς* syllaba terminans nec Stephani Byzantii fides nos fallat, non item cum auctore nostro con-

sentimus, Syriae quoque eam esse peculiarem, *v.* *Ζεῦγμα· τ. ε. οἱ μὲν ἐπιχώριοι Ζευγματεύς, δεῖ δὲ Ζευγματίτης.* Illic tantummodo duodeciens inter duodenonaginta ethnica invenitur neque typis ceterorum respondet, qui circa Euphratem et Tigrim habitant, populorum Mesopotamitarum, Assyriorum terminationibus *ιτης* vel *ηνος* studentium. Praesertim cf. *v.* *Βολογεσσιάς, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ· τ. ε. ὤφειλε Βολογεσσιεύς ὡς Ἀφροδισιεύς, ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ χώρᾳ· λεκτέον οὖν Βολογεσσιηνός.* Neque in Scythas convenit, ut Meinekius ad St. B. *v.* *Φάσταια· τ. ε. Φασταῖος καὶ Φασιαιεύς διὰ τὸν τύπον* hoc additamentum recte iudicet esse ineptum.

Terminationum a Graeciae propriae linguis oriundarum una restat *ατης*. Quam cum ethnicographus noster ad Megaricam, Argolida, Laconicam, Arcadiam revocaverit *vv.* *Γενέση, Γεράνεια, Δελφοί, Δέραια, Κραναή, Κυνέτεια, Φύτειον* et *Πελοποννήσιον χαρακτῆρα* *v.* *Ἀμφιγένεια* commode designaverit, tum nos creberrimam in Peloponneso reperimus de quadringentis undetriginta exempla septuaginta et in Arcadia atque Laconica undevicena. Alias inde terras inspicienti occurrunt Creta cum septem, Macedonia Thraeciaque cum septendecim, Illyria cum duodecim, Italia (cf. St. B. *vv.* *Ἀξία, Οἴνα, Ὠστία*) cum quadraginta duobus, Sicilia cum decem huiusmodi typis. Mirum, si St. B. etiam Arabes eis uti dicit *v.* *Ζόαρα· οἱ πολῖται τοῦ χωρίου Ζοαρηνοί διὰ τὸν ἐγχώριον τύπον καὶ Ζοαρᾶται· οἱ γὰρ δύο τύποι Ἀράβιοι.* Apud quos similes non habemus, nisi *Κάρνανα* et *Καρνανᾶται*, quos Uranius melius *Καρνανίτας* ab urbe *Καρνανία* denominavit. Itaque illo loco non dubitandum est, quin idem *ιτης* animo scriptoris obversatum sit, ut qui saepius *ιτης* et *ηνος* Arabios duos typos composuerit, e. g. *v.* *Μαδιηνοί καὶ Μαδιανῖται, ἔθνος Ἀραβίας· εἴπομεν δὲ, ὅτι οἱ Ἄραβες τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται.*

Quas adhuc recensuimus terminationes, eae hoc inter se communionis vinculo sociatae sunt, ut Graecis aliis aliae nationibus haud ambigue acceptae adamatae-

que fuerint. Inter quas et ceteras omnes, de quibus idem iam non licet statuere, medium quiddam tenet *ιτης*, cuius in ulla Graeciae regione notabilem atque conspicuam fuisse copiam neutiquam cognovimus.

Verum Aegypti tamen ex centum septuaginta tribus nominibus gentiliciis est centiens viciens septiens, cf. St. B. *vv.* *Ἀγκυρῶν πόλις*, *Ἄζιλις*, *Αἴγυπτος*, *Ἄνθυλλα*, *Βίβασιος*, *Βουσίραρα*, *Βύβλος*, *Μαγδωλός*, *Μάγνα*, *Μάσκωιος*, *Μένουθις*, *Νίσιβις*, *Ὀνείβαυς*, *Πνέβεβις*, *Τύανα*, *Φενέβηθις*, *Φιλωτέρα*, *Ψένηρος*, *Ψινέκταβις*,

Libyes ex centum triginta quinquagiens quater, cf. St. B. *vv.* *Αἰγίμορος*, *Αὔγιλα*, *Αὐτομάλακα*, *Ἀφάκη*, *Βύζαντες*, *Γάργη*, *Γεφυρώτη*, *Γηθοῦσσα*, *Ξενέφυρις*, *Ψωφίς*, *Ὦφθις*,

Aethiopiae de viginti duobus quinquiens deciens, cf. St. B. *vv.* *Ἀσπίς*, *Ἰαγξούαυς*, *Ταχεμψώ*, *Τελχίς*,

Arabiae atque agrorum circa sinum Arabicum sitorum ex centum quadraginta triciens septiens, cf. St. B. *vv.* *Μαλσάνη*, *Νέγλα*, *Σάννα*,

Palaestinae Phoenicesque ex centum triginta quadragiens bis, cf. St. B. *v.* *Γάζα*,

Syriae de duodenonaginta duodetriciens, postremo Indiae, cui *ιτης* et *ηνος* aeque quadrant, cf. St. B. *vv.* *Ἀργάντη*, *Ἀργυρᾶ*, *Ἅρμα*, *Τάξιλα*.

Praecedente vocali *ε* haec terminatio nullius potest dici specialis esse terrae, et *ειτης* a singulis gentibus aut semel aut plurimum quater usurpata est. Quam ob causam ap. St. B. *v.* *Λυκοσθένη*, *πόλις Λυδίας· ὁ πολίτης Λυκοσθενεύς ὡς Βερενικεύς· παρὰ δὲ Λυδοῖς Λυκοσθενείτης ὡς Δικαιαρχείτης*, ubi pro *Λυδοῖς* Meinekius *ἄλλοις* legere vult, fortasse *τούτῳ* scribendum est. Neque auctori nostro prorsus assentimur, quum *vv.* *Αὐλαί* et *Κασιαλία* dicat gentilia in *ωτης* Ciliciae solere esse consueta. Ubi eiusmodi exempla tantummodo sex de quinquaginta, duodeviginti contra syllabae finalis *ευς* contulimus sed *ωτης* iam frequentius in Aegypto (deciens).

Spectantium in meridiem maris mediterranei regio-

num incolae studio gentilium in $\overline{\iota\tau\eta\varsigma}$ tenentur, ad $\overline{\eta\nu o\varsigma}$ se applicant in oriente, utrumque typum Arabia et Syria terrae mediae vindicant. Et primum quidem Buttmanni (II, § 119, 54) reiicienda est sententia, $\overline{\eta\nu o\varsigma}$ eandem esse terminationem atque, quae praecedente $\overline{\iota}$ vel $\overline{\varrho}$ in usum venerit, *ανος*. Nam et quanto $\overline{\iota}$ et $\overline{\varrho}$ numero, tanto ceteras quoque vocales et (excepta $\overline{\varrho}$) consonas antecedere exitui *ανος* infra videbimus et singulis terris proprietatum suarum tenacissimis in contentionis iudicium protinus vocatis facile apparebit, quam inter se dispares ac diversi sua indole naturaque sint illi typi, nec ideo, quod *Παριανοί*, *Μασπανοί* etc Ionice *Παριηνοί*, *Μασπηνοί* dicuntur, ex ea re similem e contrario rationem varietatemque dicendi colligere licet vel permiscere has formas et confundere. Illud tamen, si rem universam spectes, Buttmanno dandum est, tres illas terminationes $\overline{\eta\nu o\varsigma}$, $\overline{\alpha\nu o\varsigma}$, $\overline{\iota\nu o\varsigma}$ non inveniri nisi de urbibus et terris extra Graeciam sitis. Etenim in Graecia syllaba $\overline{\eta\nu o\varsigma}$ tantummodo terminantur *Ἀρτεμιτηνοί* *Ἀρτεμίτης* insulae, quae est Echinadum, incolae sive auctore Apollodoro ap. St. B. *Ἀρταμιτηνός* et *Πρακηνοί*, quos St. B. narrat ab *Πράξ*, qui in Laconicam ex Epiro demigraret, nomen traxisse. *Ἀρσυηνὸς* (*οἶνος*) apud Galenum pro *Ἀρσύνιος* sive *Ἀρσυΐνος* sive *Ἀρσυήνιος* ubique restituit Meinekius ad St. B. v. *Ἀρσυσία* iamque Chius proxima est oram Asiaticam, ubi in Lydia novem, viginti sex in Mysia eiusmodi typos habemus; nisi praestat Ionicam pro *Ἀρσυανός* (St. B.) intellegere formam. Contra Creticum promontorium *Βλισσήν* pro *Βλεισσηνήν*, quam codex Q in schol. Odyss. *γ*, 293 protulit, Dindorfius correxit. Postremo Lobecki (parall. p. 116 et pathol. I, p. 354) sententiam *Ἀθήνας*, *Κυλλήνην*, *Μεσσήνην* urbes a *Κυλλός*, *Μέσση* propagatas esse obsolevisse iam pridem constat. cf. Pott, quaestt. etymol. II,1, p. 759.

Item contraria derivandi ratio, ut alios omittam, Stephani Byzantii, quum a *Μεσσήνη* esse *Μέσση κατὰ ἀποκοπήν* dicit, irrita est ac tollenda. Maiorem conciliat probabilitatem *Μυκῆναι ἀπὸ Μυκηνέως*, unde sequitur

mediam syllabam ad eandem originis primordique speciem revocari ac primam. Neque aliter Italica extrico nomina: *Ῥουτηνοί* Strab. 4, p. 191 = Ruteni Caes. b. G. 1,45; *Τιγυρηνοί* Strab. 7, p. 293 (fortasse *Τιγυρῖνοι* scribendum, ut ap. Strab. 5, p. 237 *Σιδικῖνοι* = Sidicini) = Tigurini Caes. b. G. I, 12, 4; *Τυρρηνοί* St. B. = Tyrrheni Verg. A. 11, 733. Ab *Ἀργύριππα* ad regulam *Ἀργυριππανός* derivant praeter Strabonem 6, p. 283 *Ἀργυριππηνῶν*, qui locus a St. B. laudatus in *Ἀργυριππίνων* corrigendus est. Nec dubium est, quin *Καπυηνοί* ap. Pol. 9, 5. D. Sic. 26, 20 al. Ionica sit forma pro *Καπυανοί*, quos et St. B. et idem Polybius 3, 118 dicunt, sive *Καπυήσιοι* ap. Pol. 7, 1. Ab Hispanis urbibus Meinekius ad *Μάκη* recte monet *ηνος* non duci. Unde non licet concludere *Μακηνός* ap. St. B. esse corruptum pro *Μακῖνος* sive *Μαινακῖνος*. Potius quum ea urbs vocetur Celtica et ab eodem auctore vel *Ἰβαῖοι οἱ καὶ Ἰβηνοὶ ἔθνος Κελτικῆς* saepiusque Celtae partim in Gallia partim in Germania, ubi eundem nominis exitum (*Πεύκη*) *Πευκηνοί Ῥῆνοι*, *Ῥουτηνοί*. *Τιγυρηνοί* praebent, habitantes significentur, praesertim forma *ινος* ipsa non plurium gentium Hispanarum quam septem propria: his de causis *Μακηνός* vel, id quod RV codd. habent, *Μαικηνός* tueri cogimur et illud lemma literarum ordini aptius ita emendare: *Μαίκη, Κελτικὴ πόλις· εὕρηται καὶ Μαινάκη, Κελτικὴ πόλις. τ. ε. Μαικηνός* (Meinekius transponere vult: *Μαινάκη, Κελτικὴ πόλις· εὕρηται καὶ Μάκη*).

Neque Illyriae pauca hujus formae-plerumque quidem primitivae, non derivatae — exempla possunt abnegari. Namque ap. St. B. scriptum est *v. Δυρράχιον, πόλις Ἰλλυρική — Δυρράχιος, ὅμως δὲ νῦν Δυρραχηνοί λέγονται.* Et hic et quatuor, ubi *Δυρραχηνός* traditur, locis insequentibus propter inusitatam hanc illis gentibus formam Meinekius *Δυρραχῖνος* restituere vult, cuius ad Illyriam exempla affert. Sed praeterquam quod apud scriptores Latinos Dyrrhachenus invenitur, *ηνος* typos in Illyria non multo rariores habemus quam *ινος*: *Δασσαρηνοί*

St. B. *v. Δασσαρῆται, Παρθηνοί* Pol. 2, 11. 7, 9 al. et St. B, quamvis acriter repugnet Meinekius, qui idem ad *v. Σάρδος* sibi non constat (libri Stephani *Παρθηκός* R, *Παρθηνός* AV), *Ποσηνοί* App. Illyr. 21, *Σάρδος, ὡς Πάρθος, πόλις Ἰλλυρίας. οἱ πολῖται Σαρδηνοί* St. B. Excepta denique Thracia, ubi decem sunt, ceteri omnes *ηνος* typi per Asiam diffunduntur: Pontum, Syriam, Armeniam finitimasque regiones, inde per Palaestinam, Arabiam, Indiam; ita Arabicorum omnium nominum gentilium dimidiam efficiunt partem, tertiam Persicorum. Qua cum observatione congruunt et Apolloni grammatici in libro *περὶ παρωνύμων* praeceptum a St. B. *v. Ἀβασηνοί* servatum: *δι' ἔθους εἰσὶ ταῦτα τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας κατοικοῦσιν, ἀλλότρια δὲ τῶν Εὐρωπαίων· οὐ γὰρ ἀπὸ πόλεως ἢ δήμου κατὰ τοῦτον ὠνόμασται τὸν τύπον*, et alia scriptoris nostri testimonia, qui terminationem illam his deinceps terris assignat peculiarem, toti

Asiae, *vv. Ἄδροττα, Μαρσύα,*

Mysiae, *v. Ἄβυδοι,*

Lydiae, *vv. Ἄδροττα, Φιλαδέλφεια,*

Paphlagoniae, *v. Γάγγρα,*

Ponto, *v. Τριτάκη,*

Cappadociae, *v. Τόμισα,*

Armeniae, *v. Δαδόκερτα,*

Syriae, *vv. Δέλτα, Ἔδεσσα, Νάαρδα, Τελάνη, Φάλγα,*

Palaestinae, *vv. Γαβάθη, Ζόαρα,*

Arabiae, *vv. Ἀβασηνοί, Ἄδανα, Γάβαλα, Δαύη, Ἰάθριππα, Μαδιηνοί, Μωθώ, Παιουμος, Τάβις, Τάρφαρα,*

Mesopotamiae, *vv. Βάτναι, Ζηνοδότιον,*

terris inter Euphratem et Tigrim sitis, *vv. Βολογεσσιάς, Νίσιβις, Σπασίνου χάραξ, Χαρμάνδη, Χωχή, Φιττάκη,*

regionibus ad sinum Persicum et ad mare Erythraeum adiacentibus *vv. Κορομάνη, Κυταία, Νόσορα,*

Mediae, *vv. Ὑώπη, Φράασπα,*

Persiae eiusque provinciis *vv. Ἀγβάτανα, Ἀδαρούπολις,*

Βολογεσίφορα, *Δῶρα*, *Ζαρίασπα*, *Κύρου πόλις*, *Σώτειρα*, *Στάσις*, *Τάμβραξ*, *Ταξίανα*,

Indiae, *vv.* *Ἀργάντη*, *Ἀργυρᾶ*, *Ἅρμα*, *Τάξιλα*,

Sarmatiae quoque et Scythiae, *vv.* *Γαργαρεῖς* et *Ψευδαρτάκη*, ubi non temere inconsulteve scriptum est: *τὸ τοπικὸν Ψευδαρτακαῖος καὶ κατὰ τέχνην λέγεται Ψευδαρτακηνός διὰ τὰ πλησιόχωρα.* Quid? quod typus quidem Graecus repugnat barbaris, sed ars omnium observationum moderatrix non modo intra Graecos fines derivandi rationem regit, sed omnibus praeest typis vel alienis, veluti *v.* *Ἀγκυρῶν πόλις· τ. ε. ἡ τέχνη ἐκ τοῦ Αἰγυπτίων ἔθους.*

In Africa Libyaque *ηνος* rarissima est paragoge. Itaque *v.* *Βύζαντες· τ. ε. τῷ τύπῳ Βυζακίτης* [*ἂν*] *εἴη*, *νῦν δὲ Βυζακηνοί λέγονται τῷ δυτικῷ χαρακτῆρι, καὶ ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζακηνά* aut Italicus typus *ανος* sive *ιος* (*v.* *Ἀξία*, *αιης* vocatur *δυτικὸς χαρακτήρ*) scriptoris animo obversatus esse existimandus est aut emendatione is locus eget, haud scio an hac: *νῦν δὲ Βυζακηνοί λέγονται καὶ τῷ κτητικῷ χαρακτῆρι, ἱμάτια δ' ἐκεῖθεν Βυζακηνά.*

Sequitur typus *ανος*. A demo Attico *Ἀλωπεκή* Suidas *v.* *Ἀλωπεκῆθεν* *Ἀλωπεκιανός* dixit. Sicyoniorum urbs *Φοιβία* ap. St. B. fingit *τ. ε.* *Φοίβιος* (sic Salmasius, *Φοιβίας* APb, *Φοιβία* PaRV, forsan [*Φοίβιος καὶ*] *Φοιβία* M.) *Φοιβιανός*, nisi pro *Φοίβιος* *Φοιβιάτης* ut Peloponnesio usui magis respondens est restituendum. In insulis Graecis: *Ἀρσιανός*, per syncopen ab *Ἀρσινόια* St. B. et *Παριανός* a *Πάρος*, *Πάριος* Apollon. ap. St. B. In Epiro et Illyria: *Ἀτιντανοί* App. Illyr. 7. 8 (= *Ἀτιντᾶνες*, *ἀπὸ Ἀτιντᾶνος* St. B.), *Δερβανοί* App. Illyr. 28, *Καμμανοί* (*ὡς τῆς Καμπανίας Καμπανοί* St. B.), *Λαδεστανοί* (*ὡς τῆς Αὐγούστας Αὐγουστιανός*), (*Μαγία*) *Μαγιανός* St. B. quae nomina ab Italis iam vel colorem vel originem acceperunt. Eodem spectat *Ναϊσσιανός* a *Ναϊσσός*, Constantini Magni patria, quam formam *ἐπιχωρίως* ita dictam esse non placet,* quia in

Thracia, Moesia, Macedonia nullae aliae eius terminationis gentes nobis afferuntur, nisi hae: *Ἀρριανοί* Thuc. 8, 104, *Καρδιανός* St. B. al., *Σηλυμβριανός* St. B., (*Κάλλατις*) *Καλλατιανός* Strab. I, 60. St. B. al., *Μεσημβριανός*, (*Στρέψα*) *Στρέψιος καὶ Στρεψιανός* St. B. Hic illic in orientis solis partibus et in Africa emergunt. Propriae et familiares sunt Romanorum, cf. St. B. *v. Ἀτρία· συνήθης γὰρ Ἰταλῶν ὁ τύπος ὁ διὰ τοῦ ανος*, similiter *vv. Ἀγκύριον, Βέλιτρα, Λαμπέτεια, Ὠσινία*, ac septuaginta duae quidem ex Italicis trecentis sexaginta septem numerantur, contra in Sicilia, ubi esse ab eo *vv. Ταλαρία, Ταρχία* dicuntur, tantummodo *Εὐκαρπιανός* (*δυνατόν*), (*Σικανία*) *Σικανοί*, *Ταλαριανός*, *Ταρχιανός*, omnes a St. B. laudatae. Quod quum Siculis *ινος* et *αιος* multo magis arriserint, res ita est expedienda, quod inferior Italiae pars ab auctore nostro saepissime Sicilia vocatur cf. Mein. ad St. B. p. 570, 8. Recte autem *v. Κραβασία* Hispaniae assignantur, cuius inter septem et nonaginta gentes viginti duae sunt, et quo patebat cumque imperium Romanum, frequenter in Gallia, Germania, Britannia, etiam in Scythia, Sarmatia, quinae aut ubi plurimum denae.

Per easdem fere terras, sed non tam longe lateque dispersus fuit typus *ινος* apud Siculos Italosque et ipse creberrimus. Quo imprimis illos usos esse his confirmatur testimoniis: *v. Ἴνυκον — Ἰνυκῖνος οἶνος. ἴδιος γὰρ ὁ τύπος τῶν Σικελῶν, vv. Ἀβάκαινον, Ἀμβρακία, Ὀμφάκη, Παλική.* Italos Gallosque *vv. Ἄμπελος, Ἀπαισός, Ἄρειος πάγος, Κροτώνιος, Κυτέριον, Μενεκίνη, Νέμαυσος, Ῥέσαλα.* Alibi *Σικελικὸς τύπος*, qui a St. B. *v. Ἀμβρακία* vocatur, raro invenitur: in Illyria Epiroque deciens, in Hispania septiens, in Graecia sexiens. At iam esse dubitandum mihi videtur de Bithynicae urbis *Κάλπης* incola, qui dicitur *Καλπῖνος, ὡς Πεύκη Πευκῖνος*, ubi fortasse *Καλπηνός — Πευκηνός*, quam formam idem scriptor sub lemmate tradit, scriptum fuit; porro de Laertino ap. St. B. *v. Λαέρτης. Κιλικίας χωρίον· τ. ε. Λαερτῖνος· ἄμεινον δὲ Λαέρτιος,* neque enim ulla eiusmodi terminatio a Ciliciae,

Lyciae, Phrygiae, Lycaoniae, Cappadociae urbibus ducitur. Quae autem Meinekio probatur *Λαερτηνός*, non ita placet, quod in Cilicia similes non invenimus, nisi duas *Σελευκηνός* St. B. et *Ταρσηνός* Eratosth. ap. St. B. Forsitan *Λαερτεῖος* malis a prototypo similiter formatam atque *Ἰορδάνειος* ab *Ἰορδάνης*, id quod grammaticus in Et. M. 139, 46 docet. In numis quidem Ciliciis ap. Mionnet suppl. vol. 7. p. 224, 5 *Λαερτειτων* invenimus.

Cap. II.

Quantum ad variandas terminationes literae valuerint praecedentes, exponitur.

Et ceterae terminationes a duplicibus consonis alienissimae sunt neque unquam *ψ* ante syllabas *ευς*, *ανος*, *ινος*, *ξ* ante *ινος* — ante *ανος* semel: *Ἀρβαξανοί* Theop. ap. St. B. —, *ζ* ante *ινος*, *ανος* positae sunt. Proximum paucitate locum literae aspiratae obtinent, quae quod ab *ινος* et *ανος* plane abhorrent — nisi Meineki coniecturas *Παρθῖνος* et *Σαργανθῖνος* pro *Παρθηνός* et *Σαργανθηνός* in libro scriptis probamus —, natura illarum terminationum agnoscitur vere Latina. Sequuntur literae mediae et, quarum barbarae syllabae finales tenacissimae sunt, tenues. Imprimis *τ* ante *ανος* vel *ινος* plus tertiam partem consonarum efficit, ita ut a *Τίβυρις* sive *Τίβυρα*, *Τίβουρα* non *Τιβουρῖνος (ἀναλογώτερον)*, sed *Τιβυρτῖνος* (Tiburs, -tis, Tiburtinus) formetur et arti valde repugnet *Νεπεσῖνος* a *Νέπετος· ἡ τροπὴ δὲ τοῦ τ εἰς σ ἰδιάζουσα καὶ σεσημείωται* (St. B.).

Graecae contra terminationes libentius ad semivocales se applicant, quibus inter septenas consonas quater stirpes finiuntur ac, quae ante *ανος* deest, una omnium frequentissima ν, nisi quod etiam saepius *ιος* literae *σ* adhaeret.

Latiorem observationum campum stirpes praebent

vocales. Quas ut in uno conspectu ponamus, quadringentas triginta quinque ex mille triginta, quae in *ευς* exeunt, nominibus, centum quadraginta ex ducentis quadraginta in *ανος* collegimus, duodesexagiens ante *αιος* invenimus, raro ante reliquas syllabas. Et maxime quidem tenuem volubilemque *ι* requirit syllaba gravis ac ponderosa *ευς*, quae a prototypo plerumque iam literam illam accepit, velut *Ἁμαξαντιεύς, Καλλιεύς, Περδικιεύς* ab *Ἁμαξαντιά, Καλλίαι, Περδίκια*, cetera omnia*) aut ab -*ιάς*: *Ἀφροδισιεύς* Suid. *v.* *Ἀπολλώνιος*, *Βολογεσσιεύς* (*ὤφειλε*), *Δειπνιεύς*, *Δημητριεύς* Pol. 5, 99, 3, *Διοσκουριεύς*, *Ἡφαιστιεύς* Hdt. 6, 140, *Ἰδριεύς* Strab. 14, 678, *Μεθουριεύς, Μενουθιεύς, Πεδιεύς, Προυσιεύς, Τιβεριεύς*, aut ab *ις*, gen. *ιος*: *Ἀβοτιεύς* Hecat. ap. St. B., *Ἀκροπολιεύς*, *Ἀφυτιεύς*, (*Ἑρμοτύβιες* Hdt. 2, 164 — 8. 9, 32) *Ἑρμοτυμβιεύς*, *Ἰουλιεύς, Κρουσιεύς, Μαλιεύς, Νωνακριεύς, Σκολιεύς*. Ita cum Meinekio *Τετραπολιεῖς* ap. St. B. *v.* *Τετράπολις* et *Συαλιεύς* *v.* *Σύαλις* scribendum est, ac nihil est cur idem *Φυλλιεῖς* in suspicionem vocet *Φυλλεῖς* commendans. Imo coaluit *ευς* cum *ι* praecedente, ut cum alia quaedam eiusmodi forma adsit, ab hac derivetur, e. g. (*Θύμβρα*) *Δύμβριος* — *Δυμβριεύς* Hellan. ap. St. B.; (*Κύτωρος*) *Κυτώριος* — *Κυτωριεύς*; (*Μῆλος*) *Μήλιος* — *Μηλιεύς*. Quid? quod mediae illae formae persaepe exstinctae animis scriptorum non obversabantur, nisi in fingendis nominibus gentiliciis. Restant exempla (*Αἴγιλα, Αἴγιλος*) *Αἰγιλιεύς* Strab. 9, 398 et., (*Βρένθη*) *Βρενθιεύς*; (*Βωμοί*) *Βωμιεῖς* Strab. 10, 451, (*Δῶρος*) *Δωριεύς* Paus. ap. St. B., (*Ἰρά*) *Ἰριεύς*, (*Ὄρθη*) *Ὀρθιεύς*, (*Χήν*) *Χηνιεύς*. Meinekio, qui breviorem vocem *Ἰρεύς* malit, respondeas, quae formae aut nunquam in usu fuerint aut e memoria excesserint, earum recordationem subire animum, id quod auctor noster nonnunquam demonstrat, *v.* *Ὄρθη* · *Ὀρθιεύς ὡς ἀπὸ τοῦ Ὄρθιον*. — *v.* *Δῶρος* · *Πανσανίας δὲ*

---

*) Et hic et alibi, ubi auctor nominum non affertur, intellegitur a nobis Stephanus Byzantius.

Δωριεῖς αὐτοὺς καλεῖ —, *ὥστε παρὰ τὴν Δῶρον τὸ Δώριον εἶναι, οὗ ἂν εἴη τὸ Δωριεύς, ὡς τοῦ Χήσιον τὸ Χησιεύς*. Itaque quum exitum *ευς* ducentiens septuagiens syllaba *ι* praecedat, hoc eximio eius literae studio mihi persuasum est in nomine *Ἀκρηφιεῖς* (ap. Ulrichium, itin. et quaestt. I, p. 250) formando Graecis non urbis *Ἀκρήφεια* Ptol. 3, 14 (15) (sic codd. *B. E.* Pal. 1.), sed *Ἀκραιφίαι* Strab. 9, 410, in *Βουδιεύς* St. B. *v. Φίκειον* non formae *Βούδεια*, sed *Βούδιον* Et. M. p. 206, 44 in mentem venisse, similium formarum primitivarum in *Λακεριεύς* (*Λακέρεια*) aliis. E contrario in ethnicis interdum desideratur *ι*, quod superest in prototypis: (*Μελανίππιον*) *Μελανιππεύς*, (*Ὁμάριον*) *Ὁμαρεύς*. (*Εὐπατορία*) *Εὐπατορεῖς*, (*Χαλκητόριον*) *Χαλκητορεύς*. Ad hoc lemma Meinekius, *Χαλκητόριον*, inquit, requiri videtur propter gentilicium *Χαλκητορεύς*. At utrumque et *Χαλκητορεύς* et *Χαλκητόριον* vocabula paronyma esse formae *Χαλκήτορες* a Cratero adhibitae apparet.

Ut *ευς*, ita *ανος* antecedente *ι* litera valde delectatur eamque centiens septiens ex ducentis quadraginta praebet, quum ceterae stirpes consonantes maximam partem Italiae et Hispaniae propriae sint. — Quatuor commemoro nomina, in quibus *ιος* literae *ι* annecti debuit, sed evitata geminatione auribus non grata cum illa confusum est: *Δῖοι* Thuc. 2, 96, *Κῖος* Suid., *Φθῖος* Il. al., *Χῖος* Thuc. al. Cuius synaloephes rationem Choeroboscus docet in orth. ap. Cramer., A.O. II, p. 275, 15: *Χῖος* — *ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λέσβιος διὰ τοῦ ι καὶ ἀπὸ τοῦ Χίος Χίιος καὶ κατὰ κρᾶσιν τῶν δύο ιι* (leg. *ῑ*) *εἰς ἓν μακρὸν Χῖος*. cf. Herodian. in Et. M. p. 278, 14.

Pro *ιτης* autem in terminationum *ια* et *ιον* locum *ιατης* aut, prout vernaculus typus postulat, *ιωτης* substituitur: et in *ιωτης* quidem cum voces in *ιον* procurrunt, cf. St. B. *v. Ἀμβρακία· τὰ γὰρ εἰς ια θηλυκὰ καὶ εἰς ιον οὐδέτερα διὰ τοῦ ωτης ποιεῖ τὰ ἐθνικά. Σικελιώτης, Πηλιώτης*, tum maxime in *ια*. *v. Ἀκτή· ἔστι καὶ τὸ Ἄκτιον. ἀφ' οὗ τὸ Ἀκτιώτης, ὡς Πηλιώτης, Ζεφυριώτης· ἄμεινον*

δὲ τοῦτο εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀκτία, ὡς Πελασγία Πελασγιώτης, cf. *vv. Αἰλία, Ἰταλία, Κώρυκος, Παρπάρων, Σικελία.* Eaedem formae primitivae sunt cogitandae, ubi urbium nomina tertiam sequuntur declinationem. Ita *Ναύκρατις — Ναυκρατιώτης ἢ Πηλουσιώτης, ἴσως ἀπὸ τοῦ Ναυκράτιον ἢ Ναυκρατία, ὡς Ἰταλία Ἰταλιώτης. (Βούσμαδις) Βουσμαδιώτης, (Δειράδες) Δειραδιώτης, (πατρίς) πατριώτης.*

Unum excipiendum est, quod non aliter producatur, quam *εια* vel — *εα: Κότραδις — τ. ε. Κοτραδεώτης ἀπὸ τῆς γενικῆς τῆς Κοτράδεως.*

Re ipsa ducimur ad literam *ε* terminationi antecedentem. In universum cum Buttmanno consentimus, qui § 119, 55 dicit excepto *Ἠπειρώτης* ab *Ἤπειρος ωτης* nominibus in *ια* et *εια* solis suffigi, nisi quod exceptiones addimus *(Ἴσβος) Ἰσβώτης, (Μαλλός) Μαλλώτης, (Νεῖλος) Νειλώτης* Ath. 7, 309, a.

Nec neglegendum est *εια* in *εωτης* corripi solere, St. B. *v. Ραφάνεια· τῶν δὲ εἰς ωτης ἐθνικῶν τὰ πολλὰ τὸ ι πρὸ τοῦ ω ἔχει, Ηλιώτης, Φθιώτης. σπάνια δὲ τὸ ε καὶ σχεδὸν ἀπὸ τῆς ει συσταλέντα, Ἡρακλεώτης.* Quae correptio semper fit praeter haec nomina: *Ἀζειῶται* St. B, qui explicat: *ἔοικε δὲ τὸ πρωτότυπον Ἄζεια εἶναι, ἵν' ῇ ὡς Μάρεια Μαρειώτης, Ῥάφεια Ῥαφειώτης,* sed *v. Μάρεια* idem *Μαρεῶτις* et *Μαρεώτης οἶνος* ex Strabone 17, p. 793 tradit et *v. Ῥάφεια· ὁ πολίτης Ῥαφεώτης. — (Ἄργος) καὶ Ἀργειώτης παρὰ τὸ Ἀργεῖος καὶ Ἀργειῶτις* (sic Salmasius, *Ἀργεῶτις* libri) *τὸ θηλυκόν.* St. B, quale etiam in schol. Ap. Rhod. 1, 40 scriptum est. — *(Ἀχίλλειος δρόμος) Ἀχιλλειώτης* St. B. — *(Τραχεῖα) Τραχειώτην, Τραχειῶτις* Strab. 14, p. 668 (*Τραχιώτης* Moscov.) a St. B. falso transscriptum *τὸ τοπικὸν Τραχεώτης κ. τ. λ.* Omnes autem scriptores *Ἡρακλεῶται* memoriae produnt praeter St. B. *v. Ἡράκλεια· τ. ε. Ἡρακλεύς καὶ Ἡρακλειώτης καὶ Ἡρακλεώτης* et Suidam *Ἡρακλειώτης.*

Rursum diphthongus *ει* manere solet ante *ατης,* e. g. *(Ζέλεια) Ζελειάτης* Hrdn. ap. St. B. *(Κράνεια) Κρανειάτης* Soph. ap. St. B. His quidem formae in *εα* vel

—εαι primitivae multo fuerunt usitatiores. Ita *Κεγχρεαί* apud scriptores vulgo scriptum est, *Κεγχρειαί* solum ap. St. B. *v. Αἴνεια* (*Κεγχρεῖαι* plerisque locis apud Xenophontem). Dicit Eustathius ad Hom. p. 291, 6: *Ὀρνειαί δὲ ἢ δίχα τοῦ ι Ὀρνεαί, τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐν κοινῇ χρήσει κεῖται.* Ergo etiamsi geographus noster rem explanet *v. Αἴνεια* interpretando: *ἔστι καὶ Αἰνεάτης, ὡς Κόρσεια Κορσεάτης, Ὕδρεια Ὑδρεάτης, Ὀρνειαί Ὀρνεάτης, Κεγχρεαί Κεγχρεάτης, τοῦ ι σιγηθέντος*, cognito ab eodem *Ὑδρέα* s. v. unam afferri formam, deinde *Κόρσεια* non intellegi Boeotiam urbem *Κορσεία* a Pausania 9, 24, 5 aliis memoratam, sed Thessalam ap. St. B. *v. Ὄρθη* vel insulam Ionicam *Κορσεαί* s. v.: non existimabimus silentio praetermissum esse ι ac potius gentilicia a prototypis —*έα* vel —*εαί* esse ducta; id quod ille aliis locis ipse nobis suadet, *v. Ἀσέα· Ἀλφειὸς Ἀσεάτης, καὶ ὁ κωμήτωρ ὁμοίως, ὡς Κορσεάτης Ὀρνεάτης. — v. Ἀλέα· Ἀλεάτης, ὡς τῆς Τεγέας Τεγεάτης.*

Postremo nomina in —εια terminationem —ειτης interdum asciscunt hac veterum lege ap. St. B. *v. Αἴπεια· τ. ε. Αἰπεάτης, ὡς Κορσεάτης Ὑδρεάτης· ἐπὶ δὲ τῶν τοιούτων ἐνίοτε μένοντος τοῦ ι ὑφαιρεῖται τὸ α, ὡς Ἀκαιαρχείτης Σαμαρείτης Ζελείτης, ἔσθ᾽ ὅτε μένοντος τοῦ ε, ὑφαιρουμένου τοῦ ι, τὸ α εἰς ω ἀμείβεται, ὡς Ἡρακλεώτης Μαρεώτης καὶ Ῥαφεώτης.* Alteram regulae partem comprobatam esse supra demonstravimus. Quaeritur, sitne verum prius praeceptum, quod idem etiam alibi datur: *v. Ἀγνώνεια· τ. ε. Ἀγνωνείτης, ὡς Μαρωνείτης τοῦ Μαρώνεια καὶ Καυκωνείτης τοῦ Καυκώνεια, κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ α.* Ac mihi quidem et haec gentilicia et urbium nomina in —εια (cf. Theodos. gramm. ed Göttling. p. 70, 3) a genetivis vocabulorum in —ευς, quae ubique fere etiamnunc extant, ut *Ἀκαιαρχεῖς, Ἰοπεύς, Σαμαρεύς (σῆμ᾽ Ἄρεως)* Epaphrod. ap. St. B, videntur derivata esse, id quod auctor noster aliquando strictim attigit, *v. Φελλεύς· τὸ τοπικὸν φελλείτης ἂν εἴη, ὡς τοῦ Ἀναρνεύς Ἀναρνείτης*, dilucide expedivit Theognostus ap. Cram. A. O. II, p. 45, 10 sqq.: *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ευς διὰ τοῦ ειτης*

γινόμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφει τὴν παραλήγουσαν· οἷον ἱερεύς ἱερείτης· Σαμαρεύς Σαμαρείτης· Ἀταρνεύς Ἀταρνείτης καὶ εἴ τι ὅμοιον. Conferre possumus Herodiani de patronymicis in *ειδης* derivandis praeceptum ap. Cram. A. P. III, p. 299, 28 sqq: *δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐστι Πηλεύς τὸ πρωτότυπον καὶ τὸ πατρωνυμικὸν αὐτοῦ Πηλείδης.* cf. *Ἐχείδιον* ab *ἔχε—ως* ap. Pott. quaestt. etym. II, 1, p. 885. Angermann. de patron. Gr. form. in G. Curt. stud. Gr. et Lat. I, p. 21 sq. Coeunt duae vocales leves in diphthongum *ει*, quale ex secunda declinatione unum menti occurrit exemplum, St. B. *v. Ὠρεός Ὠρεοῦ Ὠρεΐτης καὶ κατὰ σύνοδον τοῦ ε καὶ τοῦ ι Ὠρείτης.*

Verum jam ad terminationem *ιος* me delatum esse video, quippe quae eadem ratione vocali stirpis extremae attexatur. Aeolica vocalium brevium dissolutio aut longiore productione Ionica atpue epica aut correptione breviore vitatur, St. B. *v. Κῶς· τῆς Κέω τ. ε. Κέιος καὶ ἐκτάσει Κήιος, ὡς τῆς Τέω Τέιος καὶ Τήιος, καὶ Κεῖος διὰ διφθόγγου,* cf. Et. M. p. 507, 53. Quod quum firmissimum sit argumentum, Meinekium ap. St. B. *v. Γέα* miror assumpsisse *τ. ε. Γέιος*, qua melior forma *Γεήσιος* non modo universae sententiae, sed etiam lectionibus — *Γεῆος* susperscr. *ι* R, *Γέσιος* A, *Γέσσιος* Pp. V, *Γέιος* V — magis respondet.

Maxima autem non tam gentiliciorum, quam possessivorum in *ειος* segete profusa et veteris aetatis grammatici et recentis summas in difficultates delapsi de accentu, utrum in paenultima an in antepaenultima syllaba esset ponendus, permultos quibus disputaverunt locos nobis reliquerunt: St. B. *v. Ἦλις.* Herdn *π. Ἰλιακ. πρ. Β*, 269. *Φ*, 467. *Ὁμ. ἐπιμ.* in Cram. A.O. I, p. 8, 5 sqq. 36, 24 (= Et. M. 139, 44). 124. 2. 298, 32. 443, 7. II, p. 285, 27. 29. 327, 31. Suid. *v. Βασίλειος.* Et. M. p. 226, 46 sqq. 248, 31. 426, 33. 429, 52. 660, 42. 810, 18. Lob. path. I. p. 355. 532. II, p. 12—14. parall. p. 322 not. De temenicis cf. Et. M. p. 230, 24. 451, 46. Lob. path. I, p. 280. parall. p. 23. Quibus locis id mihi persuasum est possessiva nomina libenter studioseque retrahere accentum: in eandem rem

propensa esse temenica cum adiectivis illis pariter instituta, sed vel a primigeniorum genetivis perispomenis vel a primigeniis in ῑ vel αι paralectis formata circumflexe pronunciari duobus his Herodiani testimoniis luculentissimis efficitur: uno a Lobeckio in Phryn. epit. p. 369 laudato: *Ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες Διονυσεῖον ὡς Ἀσκληπιεῖον. Ὅσα ἐπὶ τῆς γενικῆς περισπᾶται, ταῦτα καὶ τοπικῶς σχηματιζόμενα περισπᾶται. Ἐπεὶ οὖν Ἀσκληπιός, Ἀσκληπιοῦ, Διόνυσος δὲ Διονύσου καὶ Θησεύς Θησέως· διὰ τοῦτο οὐκ ἐροῦμεν Θησεῖον οὐδὲ Διονυσεῖον, ἀλλὰ Διονύσιον καὶ Θήσειον·* altero a St. B. v. *Καπετώλιον* servato, quod ita scribendum est: *Καπετώλιον· περὶ δὲ τῆς γραφῆς τοῦ τεμενικοῦ ὁ Εὐδαίμων διὰ τοῦ ῑ φησίν „Εἰρηναῖος προπαροξύνει διὰ τοῦ ι γράφων.“ Ἡρωδιανὸς δὲ Καπετωλιειον ἐν ἓξ συλλαβαῖς καὶ ἐν συναιρέσει Καπετωλεῖον* (sic cum Lobeckio path. I, p. 279) *· τὸ δὲ Καπετωλεῖα ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος προπερισπᾶται· ὅσα γὰρ ἔχει προϋπάρχοντα εἰς ος καθαρὸν, παραληγόμενα ἢ μόνῳ τῷ ι ἢ προηγουμένου αὐτοῦ τοῦ α, ὥστε εἶναι πρὸ τέλους τὴν αι δίφθογγον, προπερισπᾶται, μὴ ὄντα καὶ κτητικά (ἢ ὅσα καὶ κτητικά* V*)· Ἀσκληπιεῖον, Ἀσκληπιός γάρ· Πτολεμαεῖον, Πτολεμαῖος γάρ. Ὀλυμπίειον δὲ (Ὀλυμπίειος τὰ* libri*) Ἀθήνησιν, Ὀλυμπίειος (Ὀλύμπειος* R*) γάρ· τὸ δὲ τέμενος Καπετώλιον καὶ Καπετώλιος Ζεὺς διὰ τοῦ ῑ.* Quocum pleraque illa nomina optime conveniunt et temenica et possessiva, quorum accentum Lobeckius ad Phryn. epit. p. 370—1 enodare studet: *Ἀμφιαράειον* et *Ἀμφιαράεια λοετρά* Euphor. ap. St. B, v. *Ὠρωπός*, *Ἰολάειον* et *Ἰολάειος*, *Ὀλυμπίειον·* fortasse aliquid stabilitatis habet id, quod Suidas discernit: *Ἀσκληπίειον φάρμακον, Ἀσκλήπειον δὲ ἱερόν* ap. Lob. ibid. Tum *Ἀντιόχειος, Ἄρειος, Βυζάντειον* et *Βυζάντειος* St. B. v. *Βυζάντιον, Ἔλειοι, Ἰνάχειος, Νέμειοι, Σίγειος* alia. Denique coniecturae nostrae testis incorruptus atque integer est scholiastes ille Luciani a Lobeckio p. 369 laudatus: *προπαροξύνως λέγεται, ὅσα ἀπὸ κτητικῶν συμπέπτωκεν ἢ ἐπιθετικῶν, ἐχόντων τὴν ει δίφθογγον, Ἡράκλειον, Χαρώνειον, Ἀνάκειον, Ἀνακτόρειον, Βασίλειον, Μαυσώλειον.*

Quae ab urbibus in *εια, ειος, ειον* praecedente vocali descendunt, gentilicia formantur in *ευς*, in *ειευς* consona praecedente, e. g. *(Βατίεια) Βατιεύς*, *(Γορδίειον) Γορδιεύς*, cf. *(ταμιεῖον) ταμιεύς*, sed *(Ἐλένειος) Ἑλενειεύς*, *(Ἄσχειον) Ἀσχειεύς*, *(Γάμβρειον) Γαμβρειεύς*, *(Μυρμήκιον) Ἡρωδιανὸς διὰ διφθόγγου γράφει καὶ προπερισπᾷ· τ. ε., ἐὰν μὲν διὰ διφθόγγου, Μυρμηκειεύς*. Nec satis grammatici veteres hanc rem solverunt., cf. Et. M. p. 426, 38 sqq. *Τὰ εἰς ευς λήγοντα οὐ θέλουσι διφθόγγῳ παραλήγεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσιον· χωρὶς εἰ μὴ ἀπὸ πρωτοτύπου σχῶσι τὴν ει δίφθογγον· — πρόσκειται „μὴ ἀπὸ πρωτοτύπου.“ τὸ γὰρ Ῥοίτειον Ῥοιτειεύς καὶ Σίγειον Σιγειεύς*. Breviore quidem via — *Ἀντιοχεύς* ab *Ἀντίοχος* — saepe effugi epalleliam iam Lobeckius parall. p. 25 — 6. 29. not. 25 animadvertit, atenim illam legem observavimus non solum in Phrygias transferri urbes, cf. St. B. *v. Γορδίειον· τ. ε. Γορδιεύς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς, Δορυλάειον Δορυλαεύς· ἐχρῆν δ' ἰσοσύλλαβον, ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῖς Φρυξὶ σημειώδη*, cui canoni cetera quoque nomina Phrygia *Βοτιαεύς, Μιδαεύς* conveniunt: sed in omnes, quascunque notavimus vocali agglutinatas, atque ex viginti septem terminationibus in *ειευς* unam removemus *(Πολίειον) Πολιειεύς* Meinekio probatam, qua nobis *Πολιεύς* codicis Rehdigerani lectio magis placet. Ex eadem re efficitur, ut pro voce corrupta *(Φορίεια) Φοριαεύς* Holstenius *Φοριειεύς* adversus artem exemplari suo inseruerit, *Φοριεύς* recte Meinekius. Quae Stephani libris inest forma *Ἀμαξαντεύς* ab *Ἁμαξάντεια* inscriptionibus refutatur: *Ἁμαξαντειεύς* Boeckh. de re nav. Att. X. c. 155 (vol. III, p. 379), *Ἁμαξαστειεύς* C. I. vol. I, n. 150, A, 5. Ex *Ἀλωπεκειεύς* Ross. dem. Att. inscr. 9, vs 12. 22. 30. 36 perisse concludimus vocabulum *Ἀλωπέκεια*, pro quo St. B. *Ἀλωπεκή — Ἀλωπεκεύς* habet.

Denique in titulis Atticis *ειευς* in *εευς* correptum invenimus: *Ἀγκυλεεῖς* C. I. I, n. 139, 11 (*Ἀγκυλεῖς* n. 115. 183), *Δεκελεεύς* C. I. I, n. 224—6. II, n. 2306, *Διομεεύς* Ross. dem. Att. p. 67, n. 69, *Ἐρικεεύς* C. I. I, n. 115, vs. 31;

n. 295, vs 6; Ross dem. Att. n. 74, 6, *Ἐρικεεύς* C. I. I, n. 193, vs 41, *Πλωθεης* C. I. I, n. 183, 10. Neque in his concursus vocalium earundem offendit neque in (*Ἀραιθυρέα*) *Ἀραιθυρεεύς*, (*Ἐρινεός*) *Ἐρινεεύς*, (*Θέα*) *Θεεῖς*, (*Μεσσαπέαι*) *Μεσσαπεεύς*, (*Πτελεόν*) *Πτελεεῖς*, (*Φενεός*) *Φενεεύς*. Quanquam ethnicographus docet *v. Μανθυρέα. τ. ε. Μανθυρεῖς διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο εε*· cui praecepto congruunt *Ἀλεῖς* Suid. sive *Ἁλεῖς* Dem. 19, 36 ab *Ἀλέα* St. B, *Μακαρεύς* St. B, *Μεσσαπεύς* Paus. 3, 20, 3, *Τιθορεύς* in plerisque libris Pausaniae 9, 17, 3; fortasse huc referendum est unum talis derivationis a tertia declinatione exemplum *Νεοτειχεύς* Hdt. in vit. Hom. c. 10.

Libenter brevis illa vocalis terminationi *αιος* praemittitur: *Βορεαῖος*, *Ἰτεαῖος* etc. Iure igitur ap. St. B. *v. Πτελέα* Berkelius *Πτελεαῖος* pro *Πτελαῖος* restituit, nec scio an *Κεδραῖος τρισυλλάβως* (a *Κεδρεαί*) propter miram insolitamque vocalis ε elisionem e *Κεδρεῖος τρισυλλάβως* corruptum sit, praesertim quum eadem urbs a Xenophonte, Hell. 2, 1, 15, *Κεδρεῖαι* vocetur. Quiescente autem iota *Μιδεαῖος* a *Μίδεια* dicitur et *Κοπρεαῖος* Ar. Eccl. 317 a *Κόπρος*, *Κόπρειος* Ar. Equ. 899.

Diphthongus *ει* manere solet ante *ανος*: *Ἀλεξάνδρεια* — *Ἀλεξανδρειανός*, ὡς *Μύρλεια Μυρλειανός*, *Ἡράκλεια Ἡρακλειανός*, aeque *Ἀντιοχειανὴ στρατηγία* Ptol. 5, 6, 17, *Βυζαντειανός διὰ διφθόγγου*, *Λαμπετειανός*. vitiosum est *Τεανός* ap. St. B, neque enim unquam epsilon syllabis *ηνος*, *ινος* anteit. In eam similitudinem adiectiva in *ινος* tenore carentia vocanda sunt, quae non per ε dici, sed aut omissa vocali aut η assumpta Phrynichus ecl. p. 261, p. 97 docet: *σιύππινον* pro *σιυππέϊνον*, *γήινον* pro *γέϊνον*, alia. Et η quidem ante gentiliciam terminationem semel habemus; *Ταρσηῖνοι* a prototypo *Ταρσήιον*, quod *Ταρσηίτης* formare debebat, ut *Γεψηίτης* St. B., devitant ceterae omnes terminationes, quare *Ἀναχηεύς* in C. I. vol. I, p. 495, n. 586 corrigi *Ἀναχαιεύς* recte iubet Boeckhius.

Quanto ad struenda derivandaque nomina momento sit quae dicitur epallelia, et supra demonstravimus et

ex his efficimus. Namque α anteeunti nunquam subiungitur ανος, αιος semel: Γραᾶοι Thuc. 2,96; non secundum artem Κραναaῖος a Κρανάη, sed Κραναῖος contractum Attice dicitur. Nec vero veteribus displicuerunt Αἰαῖος St. B, Αἰαίη Od. 9, 32. 10, 135. 12, 3. Ap. Rh. 3, 1136. 4, 243 saep., Ἁλαιαῖος Tryph. ap. St. B., Καθαιαῖος St. B., Λαιαῖοι Thuc. 2, 96., Ῥαιαῖος St. B, formae poetarum auribus nescio an iucundiores. Eadem diphthongus cum exitu ιτης coniuncta non ita suaviter sonuit ac perraro dicta est immutata: Ἀναιίτης Thuc. 3, 19, ubi St. B. Ἀναΐτης legit; Ἡραιῖτις χώρα Paus. 5, 7, 1; Λιλυβαιίτης St. B. (sic Holsten. Λιλυβαΐτης libri) et Λιλυβαιῖτις Pol. 1, 39,12; Πυλαιίτης St. B. (Πυλαΐτης R). Ut iam his locis optimi auctoris nostri codices simplicem α anteferre videntur, ita ceteris in nominibus αι semper in α corripitur: Ἐλαΐτης Paus. 5, 24, 1 et., Φωκαΐτης Thuc. 4, 52, Νυμφαΐτης St. B. etc. ab Ἐλαία, Φώκαια, Νύμφαιον, vel a primitivis formis in αιος: Ἀμυκλαΐτης, Θηβαΐτης, Ἱππολαΐτης, Κωπαΐτης — ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ Κωπαῖος, ὡς Ἀθηναῖος· Ἀθηναΐτης· Συκαΐτης, ὅπερ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Συκαῖος, ὡς Θηβαῖος Θηβαΐτης etc.

Similiter de αιευς et αευς grammatici veteres indicant αι non retineri, nisi a depravata loquendi consuetudine, Et M. p. 389, 6 sqq: οἱ δὲ λέγοντες τὸ Εὐβοεῖς καὶ Φωκαεῖς σὺν τῷ ι ἁμαρτάνουσιν. Ἔοικε δὲ τὰ πολλὰ τοῖς τοιούτοις (τῶν τοιούτων Sylb.) τὸ ι ἀποβάλλειν, ὡς Νύσσα Νυσσαεύς, Νίκαια Νικαεύς. St. B. v. Ἁλαί· ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ι Ἁλαεύς. Τρύφων δ' ἐν παρωνύμοις „Ἁλαῖος τρισυλλάβως — [ἀπὸ δὲ τοῦ Ἁλαῖος λέγεται Ἁλαιεύς] ὡς Ληναῖος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς". ἀλλ' ἐν τοῖς ἑξῆς κατ' ἔθος Ἀττικὸν ἔνδειάν φησι τοῦ ι. Sed utrasque formas et in inscriptionibus Atticis et apud scriptores invenimus. Ita Thucydides et Ἑστιαιεύς 7, 57. Πλαταιεύς 2, 3 sqq. et Φωκαεύς 1, 13 dixit, Herodotus et Πλαταιεύς 9. 72. 85, Τριταιεύς 1,145 et Φωκαεύς 6, 8. 11. 17, D. Sic. 12, 7. 15, 30 Ἑστιαιεύς. Utramque dicendi rationem suo adhiberi iure St. B. saepius explicat, vv. Ἀμύκλαι, Ἀμφι-

τροπή, Ἥραια, Κύναιθα, Νίκαια, Νῦσα. Causas illius correptionis quaerentibus id repetendum est, quod supra demonstravimus. Syllaba *ευς* tantum gravitatis ac ponderis habet, ut aemularum in vicinitate syllabarum non modo non admittat auctoritatem dignitatemque, sed etiam omni sua potentia deminuat ac profliget. Libenter vero exigua et infirma $\overline{\iota}$ comite utitur, plus dimidiam omnium vocalium partem. Quid mirum, si syllabis *αι* et *οι* non apertis neque aliarum potestatem desiderantibus, sed praeclusis potius et sibi ipsis satisfacientibus maxime invidet? Itaque nomina *Εὐβοιεύς, Βαλοιεύς, Βεροιεύς* Pol. 27, 8, 5, *Σινιοιεύς, Λευκονοιεύς* Suid. Attici non fuisse saporis constat. Commoditatis et vocalitatis causa *Εὐβοεύς* Hdt 8, 4. 5. Dem. 1, 8 etc., *Βεροεύς, Μελιβοεύς* media forma animo anticipata ab *Εὔβοια, Βέροια, Μελίβοια* ducta sunt, reliqua a primitivis in — *όη. Ἀροεύς, Ἀρσινοεύς* Pol. 17, 10, 9, *Λευκονοεύς* Harp., *Ὀγχοεύς, (Φολόη) τ. ε. Φολοεύς, ὡς Λευκονοεύς Ἀντινοεύς Μεροεύς* St. B.

Neque ita insequenti *ιτης* inserta diphthongus *οι* eisdem inter se collidentibus vocalibus aures permulcet. (*Βοιόν*) *Ἡρωδιανὸς δὲ Βοιίτης φησίν, ἴσως παρὰ τὸ Βοιόν, ὡς λίχνον λιχνίτης* St. B. Hoc est unum eiusmodi, quod ego sciam, exemplum. Contra a *Σιοῖαι* in libris iam derivatur *Σιοιήτης*, quod Libyco typo postulante Meinekius in *Σιοίτης* mutavit neglecta lege a St. B. v. *Βορυσθένης* allata: *τὸ δὲ Ἰήτης ἀπὸ τῆς Ἴου διὰ τὸ ι ἐξηνέχθη διὰ τοῦ η*, quamvis inter simplicem $\overline{\iota}$ et diphthongum praecedentes non negem paululum intercedere. Vocali *ο ιτης* persaepe subiunctum est prototypis aut formas in —*όη* praebentibus: (*Ἀρσινόη*) *Ἀρσινοΐτης νομός* Strab. 17, 789. 812. Ptol. 4, 5; (*Ἱπποθόη?*) *Ἱπποθοῖται* C. I. I., n. 1513, c. vs. 31. *Ἱπποθοΐτις* Paus. 8, 53, 3; (*Μερόη*) *Μεροΐτης· (Ῥοδόη) Ῥοδοΐτης· (Σεθρόη) Σεθροΐτης* aut in —*ώ*, gen. *όος*: (*Βουτώ*) *Βουτοΐτης· (Κυβώ) Κυβοΐτης, ὡς Σαβοΐτης τῆς Σαβοῦς· (Ταχεμψώ) Ταχεμψοΐτης· (Φαραθώ, Φάραθος) Φαραθοΐτης· (Χομψώ) τ. ε. Χομψοΐτης, ὡς Σαβοΐτης· (Φεβώ) Φεβοΐτης· (Φενακώ) οἱ κατοικοῦντες Φενακοῖται ἂν κυρίως

λέγοιντο. Adde (*Ἀντινόου πόλις* Ptol. 4, 5, 61) *Ἀντινοΐτης νομός* Ptol. 4, 5, 61. (*Ξόϊς*) *Ξοΐτης* St. B. In his vocabulis iota lorgum est. Quo notabiliora sunt duo quaedam nomina, in quibus contra G. Hermanni praeceptum, posteriorem omnium diphthongorum literam brevem esse, illa vocalis et ο colliquescunt, St. B. *v.* **Βοῦτος** — *τ. ε.* **Βούτιος** [*ἢ* **Βουτίτης**], *τοῦ δὲ* **Βουτοῦς Βουτοΐτης** *ἢ* **Βουτοιτης**, *ὡς τῆς* **Σαβοῦς Σαβοΐτης** *καὶ* **Σαβοίτης**. Alia autem in *οιτης* appellativa non esse nisi *Ἀγροίτης* proprium a Lobeckio, path. I., p. 478, discimus.

Terminationi *αιος* et *οι* et *ο* praemittuntur, terminationi *ιος* nunquam diphthongi *οι* aut *αι* (quare illa Elmslei sententia — cf. Lob. parall. p. 24. 5 — confirmatur), in duobus nominibus *ο* (*Ἀρσινόη*) *ἡ Ἀρσινοΐα* Pol. 30, 14, 5 et **Βόιοι** Strab. 4, 195. 206 saep.; qui **Βοῖοι** in optimis libris Polybi II., 17, 7. 20, 1 appellantur. Denique huc nonnullae barbaricae promendae sunt terminationes: *Σηκοανοί* (= *Σηκουανοί*) Artem. ap. St. B. et *Ὀσρoηνοί* D. Cass. 40, 23 al; sed *Μωθηνοί* ap. St. B. omissa *ο* ab *Μωθώ*. Nunquam diphthongo *οι*, qua primitivum finiatur, *ανος*, *ηνος*, *ινος* appositae sunt, ter diphthongo *αι*: (*Ἀλθαία*) *Ἀλθαιανός*, (**Κυρταία**) *τ. ε. ἐκ τῆς τέχνης* **Κυρταιανός**, *ἐκ δὲ τῆς χώρας* **Κυρταιηνός**, (**Ροξονοχαία**) **Ῥοξονοχαιανός**. —

Nomina in *ῳος* contractis literis haec sunt: *Ἀλφειῴα* schol. Pind. cf. Lob. parall. p. 28; *Ἀχελῷος*, *Ἀχελῶος*, Boeot. *Ἀχελοῖος* path. I., p. 454; **Γελῷος**, **Γελῶος** ibid. p. 456; **Δῷοι** D. Sic. 5, 44 (**Δῶοι** Reg. Coisl. Mut.) cf. Lob. path. I., p. 444; **Ἐλβῷος** *ὡς* **Σαρδῷος** St. B.; **Ἡραῷοι** C. I. I., p. 27. n. 11 (Aeol. **Ἡραοῖοι**); **Ἡρῷος** *ὡς* **Κῷος** St. B.; *Ἰνδῷος* Nonn. saepius; **Κῷος** *καὶ* **Κώιος** *ὡς* **Μινῷος** St. B.; **Δητῷος**, **Δητώιος** Aesch. Soph. St. B. *v.* *Δητωεύς* cf. Lob. path. I., p. 449; **Δῷος** St. B.; **Μυρτῶος** Strab. II., p. 124 cf. Lob. path. I., p. 448; **Νειλῶος**, **Νειλῷος**, **Νειλαῖος** ibid. p. 452; **Ὁμολώιος** St. B. Lob. p. 453. 479; **Πτῷυς**, **Πτῶος** ibid. p. 442; **Πυθῷος** *ὡς τῆς* **Δητώ Δητῷος** St. B.; **Σαρδῷος** Pol. I., 88, 9; **Τρῷος**, **Τρώιος** Lob. path. II., p. 45. 47; **Τλώιος** St. B.

De his varie diverseque ortis, quorum quidem monstrari possit origo, omnibus unum in medio ponimus iam principiorum vel mono vel bisyllaborum omega accentu semper concludi: *Ἐλβώ, Ἡρώ, Κῶς, Λητώ, Μυρτώ, Σαρδώ, Τρώς, Τλῶς.* Exclusimus *Μίνωος* a barytoni *Μίνως* genetivo trisyllabo *Μίνωος* (nomen topicum *Μίνωα* in optimis libris Thuc. 4, 67, 1, *Μίνῳα* ap. St. B. scriptum est) non aliter derivatum, quam *Ἄθωος ἀπὸ τοῦ Ἄθως, Ἀκρόθωος, Καππάδοκος, Κάρβανος.* Qua in nominativorum a genetivis originatione rarissima — cf. St. B. *v. Ἀδρύμης* — Apollonium auctorem nobilissimum sequimur, qui *ἐν τοῖς παρωνύμοις* ap. St. B. dixit: *Ἀπὸ γενικῶν εὐθεῖαι παράγονται, τῶν μὲν ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὁμοίως τῇ εὐθείᾳ κατὰ τὸν τόνον προπαροξυνόμεναι, καὶ ἢ ἐν ἁπλῷ σχήματι ἢ ἐν συνθέτῳ*, cf. Choerob. dict. ap. Gaisf. I., p. 92, 5 sqq. Verum iam veteres grammatici de illa re inter se disceptavisse et in contrarias partes videntur sententiis tracti esse: Et M. p. 26, 31. 41. 29, 28. 741, 42. cf. Lob. path. I., p. 445—7.

Accedit quod *νος* quoque nominibus tertiae declinationis barytonis omissa vocali articulari proxime attexitur: (*Αἴγυς*) *Αἴγυνος* Lycophr., ubi vs. 850 nunc *Ἀργείας κυνός* codices subministrant, ap. St. B., (*Δίρφυς*) *Δίρφυος*, (*Παίρασυς*) *Παιράσυος* St. B. Terminationis *ιτης* syllaba prior post *ν* aut integra — non ita saepe — permanet: *Δρυίτης, Θρυίτης, Κνίτης, Σνίτης, Μιλνίτης*, aut cum vocali antecunte per syncopen in unam confunditur: *Αἰγύτης, Αἰπύτης, Κωβρύτης, Μαντούτης, Μωλύτης, Παιρασύτης, Πιταμύτης, Σεβεννύτης*· *ν* rursus extrusum est in *Βιζηνων* in Iovis nummo quodam ap. Eckhel. d. n. 2. p. 25. col. 2. pro *Βιζυηνων* ibid. in alio nummo et ap. St. B. Ceterae terminationes ad vocalem *υ* ex arte se applicant. Diphthongo *ου* nullae adiunctae inveniuntur, nisi *ιος*, Latinae omnes: *Ἀρούιοι*-Arvii, *Γαμαβρίουιοι, Γρούιοι. Κανδαουΐα*-Candavia, *Ληξούιοι*-Lexovii, *Λούιοι, Νερούϊοι*-Nervii, et barbarae *ανος, ηνος, ινος*, quae eaedem nusquam vocalem *ω* excipiunt.

Cap. III.

Veterum de nominum gentiliciorum formatione praecepta quaedam illustrantur.

§. 1.

Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν ἀρ . . τοῦ ῑ (*κτητικῶν δίχα τοῦ ῑ* Hermannus, *κτητικῶν παραληγόμενα διὰ τοῦ ῑ* Salmasius; fortasse *ὑφαιρέσει τοῦ ι*, ut ap. St. B. *v. Πειραιός* et saepius) *ἢ τὴν γενικὴν ποιεῖ τοῦ πρωτοτύπου ἢ τὴν εὐθεῖαν, ταῦτα μόνον διὰ τοῦ ῑ ἐκφέρεται, Ποσειδώνιος Ἑλικώνιος Ῥόδιος Σάκιος.* — His verbis Apollonius ap. St. B. *v. Νεῖλος* frequentissimam derivandi *ῑος* rationem indicat, solere esse primitivas illorum adiectivorum formas aut tertiae aut secundae classis. Atque alia eius derivationis exempla ap. St. B. haec sunt:

v. Δωδώνη· λέγεται καὶ Δωδών· τ. ε. ταύτης ἄρρητον ὡς πεπονθυίας· εἰ δέ τις σχηματίσειεν, ἔσται Δωδώνιος, ὡς Πλευρῶνος Πλευρώνιος, Καλυδῶνος Καλυδώνιος.

v. Σίρβων· τὸ κτητικὸν Σιρβώνιος ἀπὸ τῆς Σίρβωνος γενικῆς, ὡς Κιθαιρώνιος καὶ Ἀργανθώνιος.

v. Ἀραδήν· ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἀραδήνιος, ὡς Ἀραφῆνος Ἀραφήνιος.

v. Ἦλις· λέγεται καὶ Ἠλιδία, ὡς Φωκιδία καὶ Ἀρκαδία, ἀπὸ γενικῆς.

v. Κόραξ· τ. ε. Κοράκιος, ὡς Ἄτραξ Ἀτράκιος.

Secundi ordinis: *v. Κύαλος· τ. ε. Κυάλιος, ὡς Φάρσαλος Φαρσάλιος.*

v. Μιμνιδός· τ. ε. Μιμνίδιος, ὡς της Λυχνιδός Λυχνίδιος.

v. Σέσινδος· τ. ε. Σεσίνδιος, ὡς τῆς Ἰσίνδου Ἰσίνδιος.

v. Χύτροι· ὁ πολίτης Χύτριος —, ἀναλογεῖ δὲ τὸ ἐθνικὸν πρὸς τὸ Χύτρος ἑνικόν. ὡς Κύπριος πρὸς τὸ Κύπρος.

Quorsum igitur tam multa ex hac exemplorum turba effusissima? Ut summam grammaticorum in analogia videas curam et anxietatem, ne qua vox in compa-

rationem vocetur, nisi congruente universa utriusque vocis natura, qualis ex literis proximis, vocali paenultimae, pari syllabarum numero, accentu efficiatur. Ita quot et quam accurati subtilesque principis grammaticorum, ad quem omnia illa praecepta referenda sunt, Herodiani fuerint canones, penitus perspicimus. Earum autem de paragoge legum, quibus cum appellativa tum gentilicia nomina cotinentur, adumbremus imaginem, quum paucas has componamus:

Choerob. orth. in Cram. A. O. II., 191: *Τὰ ἀπὸ μονοσυλλάβων ὀξυτόνων διὰ τοῦ ιος παραγόμενα, μὴ σημαίνοντα μέρος σωματικὸν, μήτε μετουσιαστικὰ ὄντα, διὰ τοῦ ι γράφεται· οἷον Φρύξ Φρύγιος, Κάρ Κάριος, Τρώς Τρώιος, Στύξ Στύγιος·* eadem regula paullulum mutata est in *Π. ποσότ.* ibid. II., 286, epim. Hom. ibid. I., 40. 444, Et M. p. 64, 29. — Epim. Hom. in Cram. A. O. II., 321: *Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ων ὀξυτόνων διὰ τοῦ ιος παραγόμενα κτητικὰ διὰ τοῦ ι γράφεται· οἷον Παφλαγών Παφλαγῶνος Παφλαγώνιος, Καλυδών Καλυδῶνος Καλυδώνιος, χθών χθονός χθόνιος·* — Epim. Hom. in Cram. A. O. I., 101: *Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς αν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν καὶ εἰς ην ὀξύτονα διὰ τοῦ ιο παραγόμενα κτητικὰ διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται. οἷον Τιτάν Τιτᾶνος Τιτάνιος, Παιάν Παιᾶνος Παιάνιος, πυθμήν πυθμένος πυθμένιος, ποιμήν ποιμένος ποιμένιος.* cf. ibid. II., 322. — Epim. Hom. in Cram. A. O. I., 123: *Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν νήσων παραγόμενα ἐθνικὰ διὰ τοῦ ἰῶτα παράγεται· Κνίδος Κνίδιος, Ῥόδος Ῥόδιος, Λίνδος Λίνδιος, Σάμος Σάμιος,* quem canonem Stephanus *v. Ἰσιός* in animo habet: *ι. ε. Ἴσιος τῷ λόγῳ τῶν εἰς ος δισυλλάβων ἐπὶ νήσων, Ἴμβριος Ἄνδριος.* — Epim. Hom. in Cram. A. O. I., 443: *Τὰ δὲ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα ὀξύτονα μακρᾷ παραληγόμενα διὰ τοῦ ι ποιεῖται τοὺς κτητικοὺς τύπους· οἷον ῥυθμός ῥύθμιος, βωμός βώμιος, Λυδός Λύδιος, καιρός καίριος.* — *Π. ποσότ.* in Cram. A. O. II., 285: *Τὰ γὰρ ἀπὸ πόλεως τὴν παραγωγὴν ἔχοντα διὰ τοῦ ι γράφεται· οἷον Τέγιος Κύπριος.*

Valde iam mutilati et inter se permixti sunt illi ca-

nones in Choerobosci epimerismis in Psalmos, ut p. 5: *Τὰ διὰ τοῦ ιος ἐπίθετα ἢ καὶ ἀπὸ τόπου λαμβανόμενα διὰ τοῦ ι γράφεται, οἷον ἅγιος* etc. *καὶ τὰ ἐθνικὰ δὲ, οἷον Σάμιος Ῥόδιος Ἀρμένιος Φρύγιος Θρᾴκιος*, saepius.

Respondebant ergo leges paragogae singulis primitivarum formarum nominativis, quorum ac tertiae potissimum classis varietate et multitudine admirabili ingentem canonum sicut de declinandis nominibus ita de ethnicis formandis numerum factum esse quis est, qui miretur? Nostrum quidem erit rariora modo vel quae difficultates quasdam praebeant, nomina in medium proferre ceteris, a quibus aut genetivi aut nominativi terminatione *ος* in *ιος* mutata ad normam ducuntur gentilicia, omissis.

§ 2.

In Homeri epimerismis in Cram. A. O. I., p. 1, 16 sqq. haec de productione adiectivorum in *τος* lex memoriae proditur: *Τὰ δὲ διὰ τοῦ ιο κτητικὰ ἀπὸ πρωτοτύπων τῶν εἰς ος γινομένων, εἰ μὲν μεταβάλλουσι (μεταβάλλει* Et. M.) *τὸ τ εἰς σ, διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται· οἷον ἀκήρατος ἀκηράσιος· ἄμβροτος ἀμβρόσιος· εἰ δὲ φυλάττουσι τὸ τ, διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· Ἀρχέστρατος Ἀρχεστράτειος, Καλλίστρατος Καλλιστράτειος· χωρὶς εἰ μὴ ὦσιν ἐνικὰ* (l. *ἐθνικά*), *ὡς τὸ Βοιωτός Βοιώτιος καὶ Αἴγυπτος Αἰγύπτιος·* eadem in Et. M. 80, 44. In quam cadunt (*Ἁλίαρτος*) *Ἁλιάρτιος* Et. M., (*Μάσητος*) *Μασήτιοι* St. B. *v. Μάσης*, (*Νήριτος*) *Νηρίτιος* id. *v. Νήρικος*. Sed recedens iam a grammaticis veteribus insignitum est *Μιλήσιος*, St. B. *v. Βηρυτος*, addenda sunt non Ionica (*Ἀραχωτοί* Strab. 11, 513 al.) *Ἀραχώσιοι* Plut. de Alex. fort. 1, 5, (*Κριθώτη*) *Κριθώσιος ὡς Περκώσιος* St. B., (*Περκώτη*) *Περκώσιος καὶ τοῦ Παλαιπερκώτη τ. ε. Παλαιπερκώσιος* St. B. cf. (*μηλωτή*) *Μηλώσιος Ζεύς* C. I. II., p. 29. n. 1870. p. 355, n. 2418, (*Ῥάπια*) *Ῥάψιοι*, ut *ὕποπτος ὑπόπτιος, τροπῇ τοῦ τ εἰς σ καὶ κράσει τοῦ πσ εἰς ψ ὑπόψιος* Et. M. p. 784, 33. Quartae vero omnium terminationum *ιος* parti antecedit *σ*, praesertim

quum urbium iam characteres in σος permulti sint, cf. Herdn. π. μ. λ. 38, 26: *πολὺς γὰρ ὁ σος χαρακτὴρ ἐπὶ πόλεων*. Nomina in ης, gen. ητος sigma formativum semper adsciscunt: *Ἀδρυμήσιος, Ἀκελήσιος, Ἀρήσιος, Βερήσιος, Γυμνήσιος, Κρήσιος, Κυνήσιος, Κυρήσιος, Μαγνήσιος, Μενδήσιος, Μνήσιος, Πυδήσιος, Τυμήσιος, Τυνήσιος, Φαγρήσιος*. Ita docuisse iam videtur Herodianus ap. St. B. v. *Ἀκέλης· οἱ πολῖται Ἀκέλητες· Ἡρωδιανὸς δ' Ἀκελήσιος φησὶν ὡς Μενδήσιος, ὥστε Ἀκέλης εἶναι ὡς Μένδης, ᾧ συνᾴδει μὲν ἡ λοιπὴ χρῆσις, Ἑλλάνικος δ' εἶπεν „εἰς πόλιν Ἀκέλην.“ ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι*. Et haec quidem derivandi ratio commoda facilisque est intellectu. Verum ubi sigma non *τροπῇ τοῦ τ εἰς σ*, quae dicitur, subnatum est, η non nativo inest verbo, sed ησιος exitum totum esse ingestum deprehendimus: longe aliam in his nobis explanationis viam ingrediendam esse exempla demonstrabunt.

A prima declinatione formata sunt (*Ἀκυληία* sive *Ἀκύλεια*) *Ἀκυλήσιος* Herdn. hist. 8, 4, 9, *Ἀκυλεήσιος Ἰταλικῷ τύπῳ* St. B. — (*Ἀλώνη*) *Ἀλωνήσιος*. — (*Ἀφύνη*) *Ἀφυνήσιος*. — (*Γέα*) *Γεήσιος* (sic ap. St. B. scribendum est). — (*Γράμμιον*) *Γραμμῖται καὶ Γραμμήσιοι* sic R. V. *Γραμμίσιοι* a L. Dindorfio et Meinekio falso correctum; nam ab — *ίτης* formari debebat — *ίτιος*, ut *Κρoίτιος* a *Κρoίτης*, sed *Γραμμίτης* et *Γραμμήσιος* eodem modo licet dicere, quo *Αὐενιωνίτης* et *Αὐενιωνήσιος*, *Καβελλιωνίτης* et *Καβελλιωνήσιος*. — (*Ἑκάτη*) *Ἑκατήσιος* St. B. v. *Ἑκατησία*. — (*Θρᾴκη*) *Θρᾳκήσιος* St. B. v. *Αἰγαί*. — (*Ἰθάκη*) *Ἰθακήσιος* Hom. — (*Ἰταλίκη*) *Ἰταλικήσιος*. — (*Καπύη* Pol. 2, 17, 1 saep.) *Καπυήσιος* id. 7, 1, 1, sed *Καπυηνοί* id. 9, 5, 6; *Καπυανοί* id. 3, 118, 3. 9, 9, 8. — (*Κόριον*) *Κορήσιος*, Minerva *Κορησία· ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ κόρη γέγονεν*. — (*Κρέμη*) *Κρεμήσιος ὡς Ἰθακήσιος*. — (*Μάκρα*) *Μακρήσιος*. — (*Μεκάλη*) *Μεκαλήσιος ὡς Ἰθακήσιος*. — (*Νέδη*, Euphor. *Νεδέη*) *Νεδεήσιος*. — (*Πεντελή*) *Πεντελήσιος* Paus. 7, 23, 5. — (*Ῥάβεννα*) *παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς Ῥαβεννήσιος*. — (*Σιρέμη*)

Στρυμήσιος. — (Ὕβλα) Ὑβλήσιος Dem. 35, 20, 34. — (Φυλάκη) Φυλακήσιος ὡς Ἰθακήσιος.

ab ος nominativo: Αἰνήσιος Strab. 10, 456. Et. M. 153, 41. — Βερουνήσιος. — Βιεννήσιος κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον. — Γαλλήσιος Strab. 14, 642. St. B. — Κνακαλήσιος Paus. 8, 23, 3. — Λιθήσιος. — Λουγδουνήσιος St. B. v. Βίεννος. — Μαραθήσιος St. B. v. Λιθήσιος. — Ποτιολήσιος. — (Τίταρος Lycophr. vs. 904) Ταταρήσιος. — (Φίλιπποι) Φιλιππήσιος N. T.

ab ος genetivo: Ἀλήσιοι, τὸ Ἀλήσιον πεδίον Euph. ap. St. B. v. Τραγασαί (ἅλς?).—(Αὐενιών) Αὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ τύπῳ. — (Καβελλιών) κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον Καβελλιωνήσιος. — Κρήσιος ἀπὸ τοῦ Κρής St. B. v. Κρήτη. — Λεοντήσιος ab Λεόντιον (λέων?). — (Ταρράκων) Ταρρακωνήσιος. — (Τρῳάς) Τρῳαδήσιος ex Anonymo de Theodori rebus apud Maium, Spicil. Rom. 2, p. 18 Meinekius.

Fortasse sunt, qui eis vocabulorum ordinibus Latina quaedam cum Graecis confudisse inter se et permiscuisse me exprobrent. At tantum abest, ut ησιος ex Latino ensis extrusa liquida emanaverit, ut nonnulla nomina, velut Ἰθακήσιος ab ultima Graeciae antiquitate repetita videamus. Propius ad verum accessit Pottius, qui in quaestionibus etymologicis II., 1, p. 548 medias formas in ητης, κωμήτης, Τεγεάτης proponit, unde illae non aliter profluxerint, ac δημόσιος a δημότης. At gratiam habebo, si quis ethnica in ητης ab eis nominibus, quae supra attuli, ducta ulla mihi commonstraverit. Sunt quidem adverbia localia in ηθεν· Θρήκηθεν Il. 9, 5, Ἰθάκηθεν Qu. Sm. VII., 187. 442, Πεντελῆθεν, Φυλάκηθεν Heliod. ap. St. B. et saepe praeposito articulo gentiliciorum vices obeunt implentque significationem, ut ap. St. B. v. Πεντελή· ὁ δημότης Πεντελῆθεν. Sed utcunque se ea res habet, posterioris aetatis Graeci Latinos exitus ensis, quorum etymon pottius l. l. p. 550 „inesse“ indicat, „Aquileiensis, Lugdunensis, Mycalensis, Tarraconensis etc.“ invenerunt perfectos absolutosque atque in suam linguam transferre necessitate coacti non retinuisse

factis quibusdam commutationibus, sed affluentibus suorum vocabulorum copiis opibusque perquisitis et excussis suarum literarum et maxime quidem prisca vetustate commendatarum studiosissimi atque observantissimi suas in *ησιος* terminationes commodissime se praebentes in alienarum locum substituisse sunt existimandi.

Latinas contra assumere non aspernatus est Ptolemaeus: *Αἰσαρωνήνσιοι*, *Αἰχιλήνσιοι* 3, 3, 6. *Ἀκουήνσιοι* 4, 2, 19. *Ἀλβοκήνσιοι* 3, 8, 5. *Βουριδεήνσιοι* ibid. *Λειμήνσιοι* 3, 10, 9. *Ἠδαμήνσιοι* 4, 3, 27. *Καρήνσιοι* 3, 3, 6. *Καυκοήνσιοι* 3, 8, 5. *Κορακήνσιοι*, *Κορνήνσιοι*, *Κορπικήνσιοι* 3, 3, 6. *Κοτήνσιοι* 3, 8, 5. *Λουκουιδωνήνσιοι* 3, 3, 6. *Ὀβουλήνσιοι*, *Οἰτήνσιοι* 3, 10, 9. *Πιαρήνσιοι* ibid. *Ποτουλατήνσιοι*, *Πρεδανήνσιοι*, *Ῥιιακήνσιοι* 3, 8, 5. *Ῥουακήνσιοι* 3, 3, 6. *Σαλδήνσιοι*, *Σήνσιοι* 3, 8, 5. *Σικουλήνσιοι* 3, 3, 6. Adde *Πριάνσιοι* C. I. II., p. 420. n. 2556, vs. 5. 8. saep.

Licet propria quaedam nomina sint ex Latinis ita orta, ut liquida $\bar{\nu}$ propter asyntaxiam exturbaretur — cf. Lob. parall. p. 32 — eam sententiam a gentiliciis Latinis longe reicimus. In vere Graecis quidem nominibus tribus his ante literam $\bar{\vartheta}$ in $\bar{\sigma}$ mutatam antepaenultima producta $\bar{\nu}$ excidisse apparet: (*Ἀμάρυνθος*) *v. ε.* *Ἀμαρύνθιος καὶ Ἀμαρύσιος ὡς Τρικορύσιος· ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ διὰ τοῦ* $\bar{\sigma}$ St. B., sed *Ἀμαρύνθιος* Strab. 10, 448. — (*Προβάλινθος*) *Προβαλίσιος* Dem. 27, 58. C. I. I., p. 163, n. 122. — (*Τρικόρυνθος*) *Τρικορύσιος* Ar. Lys. 1032. St. B. cf. Choerobosci legem in Cram. A. O. II., p. 248, 23. Alia vero ad regulam exaequata sunt: (*Κόρινθος*) *Κορίνθιος*, (*Τίρυνς*) *Τιρύνθιος* Pind. Ol. 7, 78. Isthm. 6, 28 al., (*Ὄλυνθος*) *Ὀλύνθιος* Pol. 9, 28, 2. 33, 2, pro quo a Meinekio *v.* *Τετράπολις* allatum *Ολύσιος* mihi ignotum est.

§ 3.

St. B. *v.* *Ἀγνοῦς· ὁ δημότης Ἀγνούσιος ὡς Ῥαμνούσιος ἀπὸ τῆς γενικῆς προσόδῳ τοῦ ι, τοῦ* $\bar{\tau}$ *οὐ φυλασσομένου, ὡς*

ἐν τῷ Σελινούντιος Ὀπούντιος Ἱεριχούντιος, τρεπομένου δὲ εἰς σ, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ν ὑφαιρουμένου, Ἁλιμούσιος Φηγούσιος· διακρίνεται ἡ τροπὴ τῷ ἀδιαιρέτῳ τοῦ πρωτοτύπου, ὅπερ Ἀττικοὶ φιλοῦσι· παρ' αὐτοῖς γὰρ οὐ λέγεται Ἀγνόεις ἢ Φηγόεις ἢ Μυρρινόεις· ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ τ λέγεται Σιμούντιος, ἀλλὰ διὰ τοῦ σ, μετὰ τῆς ὑφέσεως τοῦ ν. τὸ δὲ Σιμοῦς Σιμόεις διαιρεῖται καὶ Ὀποῦς Ὀπόεις· τάχα δὲ καὶ τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι κυριώτερα καθέστηκεν, ὅθεν μετὰ τοῦ τ λέγεται Σιμούντιος· οὐ γὰρ Ἀττικὰ ταῦτα. Convenerat ea res inter grammaticos veteres. Derivatum enim est a *Θρυόεις Θρυούντιος*, sed Attice *Θρυούσιος*, quum contracta forma *Θρυοῦς* non diceretur, ab alia quadam *Θρυόεσσα*. De singulorum autem scriptorum consuetudinibus, quoniam permagnam ethnicorum partem praeter geographum nostrum nemo alius in notitiam nostram perfert, pauca addi possunt, Herodotum perseverasse in formis *Σελινούσιος* 5, 46, *Ἀμαθούσιος* 5, 104, saep. utendis; et *Σελινούντιος* 6, 6, 2 et *Ἐλαιούσιος* 8, 107, 2 dixisse Thucydidem; *Κερασούντιος* Xenophontem An. 5, 5, 10 sqq.; *Ἀχερδούσιος* 21, 168, *Μυρρινούσιος* saepius Demosthenem; et *Ὀπούντιος* saep., *Σελινούντιος*, 6, 275 et *Ἁλιμούσιος* 9, 398, *Τραπεζούσιος* 12, 547 (ed. Tzschucke, var. lect. *Τραπεζούντιος*) Strabonem; et *Σελινούντιος* 6, 19, 10 et *Ἁλιμούσιος* 1. 31, 1 Pausaniam. Sequitur, ut non magis suam dialectum in gentium nominibus tradendis scriptores vel Attici secuti sint, sed ipsarum usum ac proprietates. Ita demorum Atheniensium incolae nunquam vocati sunt non -- *ούσιοι*: *Ἀγνούσιος, Ἁλιμούσιος, Ἀχερδούσιος* Ross dem. Att. 5. 60, *Ἐλαιούσιος* Diod. ap. St. B. Et. M. p. 326, 36. Ross. dem. Att. p. 3. D, *Ἐλεούσιος* C. I. I, p. 315 n., *Μυρρινούσιος, Ῥαμνούσιος, Φηγούσιος* etc. Ea quidem nomina, quae vocalem vel *ρ* terminationi praemittunt, utrum in *ουντιος, ουσιος* an in *ασιος* procurrant, non est indubitabile. St. B. *v. Ἀναγυροῦς· λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος· ἐζήτηται δὲ, πῶς ἔχει τὸ α, ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος. ἀλλ' ἔοικε τὸ ρ αἴτιον εἶναι, φιληδοῦν τῇ συντάξει τοῦ α.. εἰς τὸ Φλιοῦς Φλιάσιος.*

Quod utrumque gentilicium apud scriptores multo usitatius et tritius est, discrepant lege *Βαιταρρούσιος*, *Μαχαιρούντιος*, *Σιδαρούντιος*, *Ὑδρούντιος* sive *Ὑδρούσιος*· — *Ἐλαιούσιος*, *Θριούντιος*, *Καούσιος*, *Μυούσιος*. Ut ab *ους*, ita ab *ων*, gen. *οντος* dupliciter derivantur adiectiva: et *Ἀχερόντιος* Eur. Alc. 457, *Εὐρυμεδόντιος* St. B., et *Ἀχερούσιος* Aesch. Ag. 1160, *Νεδούσιος* St. B., cf. *ἐθελόντιος* sive *ἐθελούσιος* ap. Lob. Phryn. p. 4 not. Quid? quod ab uno *Ὀπόεις*, cui casui pro *ν* in syllaba finali vocalis *ι* subserta est, haec in gentilicio, ubi tali corroboramento non opus erat, reservatur ratio: *Ὀποείσιος* praeter *Ὀπούντιος* translaticiam formam praecepto aeque congruentem atque (*Θρυόεις*) *Θρυοέντιος καὶ Θρυούντιος*, (*Κυπαρισσήεις*) *Κυπαρισσηέντιος*, (*Ταυρόεις*) *Ταυροέντιος*, (*Τειχιόεις*) *Τειχιοέντιος*. Nec *Μυρτούσιος* (a *Μυρτούντιον* = *Μύρσινος*) a ceteris quidquam dissentiens habet.

In secunda paragrapho de ethnicis in *ησιος* disseruimus primitiva primae declinationis duabus syllabis exsuperantibus. Sic *ουσιος* quoque non modo substantivis tota sua indole ad diphthongum in antepaenultima accipiendam inclinatioribus, sed civitate quadam donata etiam ceteris alterius classis extrinsecus, ut videtur, adiunctum est. Docet auctor noster *v. Θράμβος· τὸ τοπικὸν Θραμβούσιος· ὁ γὰρ διὰ τοῦ σιος τύπος δύο συλλαβαῖς, εἰ μή τις βραχεῖα παραγωγὴ γένοιτο, τοῦ πρωτοτύπου περιττεύει· σεσημείωται τὸ Περκώσιος καὶ Κριθώσιος ἀπὸ τοῦ Περκώτη καὶ Κριθώτη. Θραμβουσία* Lycophr. 1405. Item (*Ἄλος*) *Ἀλούσιος* Soph. ap. St. B., (*Κάδος* St. B. *v. Μάραθος*) *Καδούσιος* Xen. Hell. 2, 1, 13 al; (*Λάμος*) *Λαμούσιος*, (*Λίβανος*), *Λιβανούσιος*, (*Λίνον*) *Λινούσιος*, (*Μάραθος* Pol. 5, 68, 7) *Μαραθούσιος*, (*Μάρκαιον*) *Μαρκαιούσιοι* (sic scribendum est. *Μαρκαιίσσιοι* Meinekius, *Μαρχ*[οι]*αίσσιοι* R, *Μαρκαίσσσιοι* A. V.), (*Πτελεόν*) *ὁ πολίτης Πτελεάτης καὶ Πτελεούσιος*. cui Meineki lectioni mihi videtur *Πτελεάσιος* Pr R esse praeferenda.

§ 4.

A prima declinatione ethnica in αιος ducuntur. *Π. ποσότ.* in Cram. A.O. II., p. 315,17 sqq: *Τὰ ἀπὸ τῶν εἰς α καὶ η θηλυκῶν διὰ τοῦ αιος γινόμενα ἀρσενικὰ χαίρουσι τῇ αι διφθόγγῳ. οἷον Ῥώμη Ῥωμαῖος· δάφνη δαφναῖος· Θήβη Θηβαῖος·* cf. *Ὁμ. ἐπιμ·* ibid. I., p. 216, 7. Cuius derivationis praecepta ab auctore nostro permulta afferuntur: *vv. Αἰσύμη, Δωδώνη, Κάρμινα (ὤφειλε Καρμιναῖος), Λυρνησσός (ἀπὸ τοῦ Λύρνα ἢ Λύρνη Λυρναῖος), Μαλέα, Μαρώνεια, Ξήρα, Ὀγχόη, Ῥάβα, Σιῆλαι, Τυρόδιζα (τ. ε. ἔδει Τυροδιζαῖος ὡς Γαζαῖος), Φάλγα (κατὰ λόγον), Χαρμάνδη (τ. ε. τῷ μὲν τῆς τέχνης λόγῳ Χαρμανδαῖος), Ψευδαρτάκη (κατὰ τέχνην Ψευδαρτακαῖος).* Nec ιος terminatio eis vocabulis adiuncta arti repugnat, longa potissimum vocali praecedente, *v. Ἀρμένη, κώμη Παφλαγονίας—, παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως [ϛ'] Ἀρμήνην διὰ τοῦ η· τ. ε. τῆς Ἀρμένης Ἀρμεναῖος, ὡς τῆς Κασμένης Κασμεναῖος, τῆς δ' Ἀρμήνης Ἀρμήνιος ὡς Μεσσήνιος Παλλήνιος.* Nomina in *ουσα* sive *οῦσσα* aut in *ουσαῖος* aut in *ούσσιος* producuntur. Quamquam veteres grammatici paucis vocabulis exceptis duplex sigma post diphthongum inveniri negant. Eust. ad Il. p. 64, 12 sqq: *Ὅτι λεύω μὲν λεύσω τὸ λιθάσω δι' ἑνὸς γράφεται σ νόμῳ μέλλοντος, λεύσσω δὲ τὸ βλέπω ἐν δυσὶ προφέρεται σσ καὶ πρὸς διαστολὴν ἐκείνου καὶ ὡς ἐνεστὼς, ἴε καὶ ἄλλως οὐδέποτε πρὸ τῶν δύο σσ εὑρίσκεται δίφθογγος πλὴν τούτου καὶ πλὴν τοῦ κρείσσων καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ῥήματος τοῦ κρεισσῶ.* — Et. M. p. 537, 19: *Οὐδέποτε δὲ πρὸ τῶν δύο σσ εὑρίσκεται δίφθογγος πλὴν τοῦ λεύσσω, γλαύσσω, τὸ φωτίζω καὶ κρείσσων καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ῥήματος γινομένου.* — ibid. p. 299, 21: *Οὐδέποτε πρὸ τῶν δύο σσ ἔστιν ἡ δίφθογγος πλὴν τοῦ κρείσσων καὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ ῥήματος κρεισσῶ.* cf. Herod. *π. μ. λ.* 12, 27 et Lehrsi annotationem.

Quam legem de gentiliciis non valere apertum est. Namque Herodianus ipse *Συρακούσσιος* dixit, Et M. p. 80, 39: *Συρακούσιος* (*Συρακόσσιος* D; *Συρακούσσιος* emendandum est). *οὕτω γὰρ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ καθόλου διὰ δύο*

σσ γράφει τὸ ὄνομα. Et urbium quidem nomina *Γήθουσα, Γόννουσα, Λοπάδουσα, Ταφίουσα, Τεύτλουσα* etc. vel per unam literam σ (in cod. Rehd.) vel mutato accentu per duas σσ (in ceteris Stephani libris) scribuntur: *Πιτυουσα — Πιτυοῦσσα.* Sed derivata ab eis ethnica in ιος *Γηθούσσιος, Πιτυούσσιος, Τευτλούσσιος, Φαρμακούσσιος* omnes libri constanter tradunt, *Ἐλαιούσσιος, Ῥοδούσσιος ὡς Πιτυούσσιος, Σχινούσσιος* excepto Rehdigerano omnes. Qua ex re nescio an efficiatur, ut lectiones *Κραμβούσιος* et *Οἰνούσιος* vv. *Κράμβουσα, Οἰνοῦσσαι* ex *Κραμβούσσιος* et *Οἰνούσσιος* corruptae sint.

Aliter statuendum est de exitu αιος. Congruunt inter se libri v. *Αἴγουσα· τ. ε. Αἰγουσαῖος ὡς Σχοτουσαῖος* et v. *Οἰνοῦσσαι· τ. ε. Οἰνουσαῖος* (*Οἰνουσσαῖος* Berkelius et Meinekius falso correxerunt). Vv. *Κράμβουσα, Μήλουσα, Σκότουσα* R. V. formas *Κραμβουσαῖος, Μηλουσαῖος Σκοτουσαῖος καὶ Σκοτουσαία* scriptas habent. *Ἀνητουσαῖος* (A) *ὡς Σχοτουσαῖος* A. R. In ceteris optimus codex Rehdigeranus unus sibi constat: *Γηθουσαῖος ὡς Σχοτουσαῖος*, pro quo Meinekium *Σχοτουσσαῖος* scripsisse, si locos modo laudatos comparamus, mirum est, *Γοννουσαῖος, Αρυμουσαῖος, Λοπαδουσαῖος, Ῥοδουσαῖος, Σχινουσαῖος,* (v. *Τάφος*) *Ταφιουσαῖος ὡς Σχοτουσαῖος Πιθηκουσαῖος, Τευτλουσαῖος, Φασηλουσαῖοι ὡς Σχοτουσαῖοι, Φαρμακουσαῖος, Φοινικουσαῖοι.* Restat una vox *Πιθηκοῦσσαι· οἱ οἰκήτορες Πιθηκουσσαῖοι.* Genuinam formam *Πιθηκουσαῖοι* in Strabonis V., 246 (=V., 4, 7) libris B. C. invenimus. Iam vero ut summam quaestionis nostrae proponamus, probabile talis derivationis exemplum videtur hoc esse: *Φαρμακοῦσσαι* vel *Φαρμάκουσα* (*Φαρμακοῦσα* R. V.)· τ. ε. *Φαρμακουσαῖος ἢ Φαρμακούσσιος.*

§ 5.

Herodiani lex gravissima, quae voce *Ἄγκυρα* continetur, in duas partes mihi videtur esse ita distribuenda:

(I) *Τὰ εἰς νος ἐθνικά, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γένοιτο καθαρευούσης, τῷ α παραλήγει μακρῷ καὶ*

μιᾷ συλλαβῇ τῆς γενικῆς περιττεύει, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου. οὐ γὰρ ὅσα τὸ ᾱ κατὰ τὴν παραλήγουσαν ἔχει, ταῦτα ἐκ θηλυκῶν προῆκται. τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος (*παραδείγματα* M) *ταῦτα, Ἀσιανός Καρδιανός Ὀλβιανός Φασιανός ἀπὸ τῆς Φάσιος πόλεως, Τράλλιος Τραλλιανός, Σάρδιος Σαρδιανός, Πάριον Παρίου Παριανός, Βοσπορίου Βοσποριανός, Κίου πόλεως Μυσίας Κιανός, Τίου Τιανός, Καρίου Καριανός, Σηλυμβρίου Σηλυμβριανός· ἡμάρτηται τὸ Βοτρυηνός, ἐὰν ἀπὸ τοῦ Βότρυος γέγονεν. ἐντεῦθεν δὲ ὁ τύπος μιᾷ περιττεύει,* II. *σπανίως δὲ δυσὶν, ὡς τὸ Ταυριανός καὶ Σκορπιανός καὶ Ζυγιανός, ἅπερ ἀπὸ τῶν Σκόρπων καὶ Ταύρων καὶ Ζυγῶν παράγεσθαι δοκοῦσι, δυνάμενα καὶ αὐτὰ ἀπὸ τῶν προτέρων παράγεσθαι τοπικῶν, Ζυγίων Σκορπίων Ταυρίων.* Praeeunte Berkelio Meinekius voce *τοῦ δὲ δευτέρου* ante *Πάριον* interposita alteram partem iam illinc initium capere et Apolloni esse existimat, quem Stephanus *v. Πάρος* dicentem facit: *εἰκῇ τοίνυν τ. ε. τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανός εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ παρωνύμων οὕτω γράφων „τοῦ δὲ δευτέρου παρὰ τὸ Ζυγὸν Ζυγιανός, καὶ παρὰ τὴν Πάρον Παριανός Λεοντιανός Ταυριανός."* Atenim istud illius praeceptum alteri legis parti, qualis a nobis supra sit statuta, convenire elucet. Diiudicavit igitur Herodianus primitivas formas gentiliciorum in *ανος* aut vocali concludi aut rarius consona eisque inferiores esse aut una syllaba aut duabus. Et prior quidem ordo in tria haec rursus genera describitur: *Τὰ γὰρ εἰς νος ἐθνικὰ ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος εὐθειῶν γίνονται, ὡς Βάκτριος Βακτριανός ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος γενικῶν, ὡς Ἄμαστρις Ἀμάστριος Ἀμαστριανός* (sic Va) *ἢ ἀπὸ τῶν διὰ τοῦ ια θηλυκῶν, ὡς Ὀλβία Ὀλβιανός, Ἀσία Ἀσιανός.* Et. M. p. 79, 21. Alterius partis reliquiae quaedam etiam *v. Σκορπιανός* ap. St. B. inveniuntur: *Ἡρωδιανὸς ἑβδόμῃ „Ζυγιανός Ταυριανός Σκορπιανός."* cf. *v. Ταῦρος.*

Nominum gentiliciorum terminationes quot cujusque terrae sint, in uno conspectu ponuntur.

	ιος	ευς	αιος	ιτης; (ειτης)	ατης	ωτης	ητης	ηνος	ανος	ινος
Attica	52	97	20	12	—	4	—	—	1	—
Ionia. Insulae Ion.	76	28	25	15	3	3	2	1	2	2
Euboea	15	19	8	5	2	1	—	—	—	—
Doris. Insulae Dor.	27	13	13	4	5	1	1	—	—	—
Creta	48	21	17	10	7	1	—	—	—	—
Phocis	15	25	10	2	—	—	—	—	—	—
Laconia	18	15	10	9	19	1	4	1	—	—
Messenia	5	11	5	4	7	1	—	—	—	—
Argos	10	11	16	6	11	3	3	—	—	—
Megaris. Isthmus	12	10	7	1	6	1	1	—	1	—
Aeolia. Insulae Aeol.	18	14	16	7	2	3	1	1	—	1
Lesbos	7	7	6	1	—	—	—	-	—	—
Elis	12	19	8	4	5	—	1	—	—	—
Boeotia	40	28	16	6	4	1	—	—	—	1
Locris	12	14	13	2	1	—	—	—	—	—
Aetolia	10	14	5	5	—	—	—	—	—	—
Acarnania	8	14	8	—	1	4	1		—	—
Achaia	11	15	8	3	3	—	—	—	—	—
Arcadia	25	44	13	16	19	1	—	—	—	1
Thessalia	45	49	38	9	1	7	—	—	—	1
Epirus	17	7	11	2	3	1	—	—	1	3
Illyria	26	18	13	9	12	1	—	5	4	7
Pannonia	4	1	—	—	1	—	—	—	—	1
Macedonia	54	26	52	17	7	2	1	1	2	1
Thracia	51	16	40	37	10	5	2	10	5	—
Mysia	39	34	16	10	4	3	—	26	5	—
Lydia	16	14	8	9	—	2	5	9	4	—
Caria	26	72	8	20	8	1	—	-	3	—
Phrygia. Galatia.	13	33	7	11	1	—	—	13	3	—
Pisidia. Isauri. Lycaonia. . . .	4	20	5	5	1	5	—	2	—	—
Lycia	20	50	7	11	3	1	1	2	—	—
Pamphylia	5	5	2	3	2	1	2	1	—	—
Cilicia	11	18	4	5	1	6	-	2	3	—
Cyprus	13	11	1	2	3	1	—	—	—	—
Terrae, quae Ponto Eux. adiacent	10	4	4	7	2	—	2	4	3	—
Bithynia	16	12	11	15	3	—	—	4	6	1
Pontus	11	8	5	9	—	1	—	8	—	—
Paphlagonia . . .	4	6	4	9	—	—	—	7	4	1
Cappadocia . . .	3	7	1	3	—	1	—	9	2	—
Armenia	4	3	2	5	—	—	—	25	3	—
Caucasus	2	2	—	1	—	—	—	1	3	—

	ιος	ευς	αιος	ιτης (ειτης)	ατης	ωτης	ητης	ηνος	ανος	ινος
Syria	11	12	14	28	—	3	1	18	1	—
Phoenice	11	5	5	12	2	—	1	5	—	—
Palaestina	6	7	19	30	3	2	—	21	—	1
Mesopotamia . .	2	1	5	6	1	—	—	11	—	—
Babylonia	2	4	2	1	1	—	—	7	1	—
Assyria	4	2	5	4	—	1	—	17	—	—
Media	6	2	1	2	1	—	—	12	2	—
Persis	26	10	14	19	3	1	—	34	11	—
Hyrcania. Terrae mari Hyrc. finitimae	8	2	3	5	1	—	1	2	4	1
Scythia	11	3	8	6	2	1	—	3	5	—
Sarmatia	7	9	5	15	3	2	2	4	10	3
India	13	11	14	19	2	1	1	12	7	1
Arabia. Mare rubrum	11	7	25	37	1	3	1	52	3	—
Aethiopia	2	1	2	15	1	—	—	1	—	—
Aegyptus	16	9	6	127	2	10	—	2	—	1
Libye	25	10	24	54	6	1	1	4	3	2
Africa	13	5	9	19	5	—	2	2	4	—
Mauritania	2	—	4	3	—	—	—	—	3	—
Italia. Liguria . .	58	27	35	28	42	2	7	5	72	91
Gallia. Belgica .	34	5	7	11	4	1	5	4	13	6
Sicilia. (inferior Ital. pars) . . .	26	9	54	14	10	2	—	—	4	41
Sardinia. Corsica	5	2	1	1	1	—	—	—	2	—
Hispania	21	12	17	9	4	—	5	—	22	7
Germania	19	1	3	—	1	—	—	2	5	2
Britannia. Hibernia	4	—	2	—	—	—	1	1	5	2
Relinquuntur nomina, quae cuius terrae sint, incertum est (ἐν Πελοποννήσῳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ κ. τ. λ.)	46	44	34	42	12	8	2	9	8	7
Summae	1194	1035	781	818	265	101	57	360	240	185

s. s. 5036.